R.33
5/6

Frai
Juanze

fran.co Ciaccoalz er speçieria

Ellian calder

libreria de ...


la

B.

MANVALE IVDICVM

vtile, ac nimis necessarium, ad Reipub. gubernationem.

AVTHORE BARTHOLOMEO RODERICO Calderon, Ciuitatis Pacensis, in Iure Pontificio Licentiato, in Regiaq; Hispalensi Audientia Aduocato.



CVM PRIVILEGIO REGALI.

In Ciuitate Gadicensi.

Excudebat Rodericus Cabrera. Anno. 1598.

MANVALE IVDICVM

vtile, ac maxime necessarium, ad Reipub. gubernationem.

AVTHORE BARTHOLOMEO RODE-
rico Calderon, Ciuitatis Pacensis, in Iure Pon-
tificio Licenciato, in Regia, Hispalensi
Audientia Aduocato.



CVM PRIVILEGIO REGALI.

In Ciuitate Gadicensi.
Excudebat Rodericus Cabrera. Anno. 1598.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Licenciado Bartolome Rodriguez Calderon, Abogado en la nuestra Audiencia de Seuilla y vezino della Nos fue fecha relacion q̃ vos auiades hecho y cópuesto vn libro intitulado Manuale iudicum: el qual era muy vtil y prouechoso para los Iuezes y bien dela Republica, el qual era el de q̃ haziades presentacion. Y nos pedistes y suplicastes lo mádassamos ver, y constando ser vtil y prouechoso, os mandassemos dar licencia para que le pudiessedes imprimir, por tiempo de veynte años ò como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, è como por su mandado se hizieron las diligencias que la pregmatica por nos fecha sobre la Impression delos libros dispone, fue acordado, q̃ deuiamos mandar dar esta nuestra Cedula en la dicha razó, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual, por vos hazer bien y merced, vos damos licencia y facultad para q̃ por tiépo de diez años primeros siguientes, que corran y se quenten desde el dia dela fecha della, vos o la persona q̃ vuestro poder ouiere, è no otra alguna, podays imprimir el dicho libro que de suso se haze menció, por el original q̃ en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin del de Christoual Nuñez de Leon nuestro Escriuano de Camara delos que enel residen, con q̃ antes que se venda lo traygays ante ellos, juntamente conel dicho original, para q̃ se vea si la dicha impression esta conforme a el, è traygais fee en publica forma, en como por Corrector nombrado por nuestro mandado, se vio y corrigio la dicha impressió por el original. Y mandamos al Impressor q̃ imprimiere el dicho libro, no imprima el principio è priuilegio, ni étregue mas de vn solo libro conel original al Autor ò persona a cuya costa se imprimiere, è no otro alguno para effeto de la dicha correcion è tassa hasta que primero el dicho libro

este corregido y tassado por los del nuestro Cósejo: y está do ansi y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, enel qual seguidamente ponga esta nuestra licencia y Preuilegio, è la aprobacion Tassa y Erratas. Sopena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha pregmatica y leyes de nuestros Reynos. E mandamos que durante el dicho tiempo, persona alguna sin vuestra licécia no le pueda imprimir ni vender, sopena que el q̃ lo imprimierė, aya perdido y pierda todos ê qualesquier libros moldes y aparejos q̃ del dicho libro tuviere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez q̃ lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte para el Iuez q̃ lo sentenciare, y la otra tercia parte para la persona q̃ lo denunciare. E mandamos a los del nuestro Consejo, Presidentes è Oydores delas nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles dela nuestra casa y Corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, è otros juezes y justicias qualesquier de todas las Ciudades villas y lugares delos nuestros Reynos y Señorios, ansi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra Cedula è merced que ansi vos hazemos, è cótra el thenor è forma della è de lo enella cótenido, no vayan ni passen, ni cósiétan yr ni passar en manera alguna, sopena de la nuestra merced, y de diez mil mrs para la nr̃a Camara. Dada en S. Loréço a diez y ocho dias del mes de Octubre de mil y quinientos y nouenta y siete años.

Yo el Principe.

Por mandado del Rey nuestro señor, su Alteza en su nombre.

Don Luys de Salazar.

DOMINO PETRO DE Toledo, Marchioni de Villa-franca, Duci de Fernandina, Regio Consiliario, militi Sancti Iacobi de Spata, et Duci Generali in Trirremis Napolitani Regni. &c.

Licentiatus Bartholomeus Rodericus Calderon. S. P. D.

QVI lucubrationes suas viris doctissimis, ac potentissimis nuncupant, hac sæpe solent ratione moueri, vt eorum præsidio, et authoritate, veluti clypeo quodam muniti, aduersus virtutis obtrectatores, securius eas in lucem ædant. quorum argumentum pace illorum dixerim, ob id potissimum mihi leue vissum est, quod obtrectatore atq; inuidia carere, non humani sit operis. vt Plato ipse tametsi diuinus, à nonullis in Doctior, Aristoteles sub obscur⁹, et perplexus, morum magister Seneca minime vtilis, atq; vulgaris, Marcus quoq; Tullius, in quo natura omnes eloquẽtiæ vires expressit (vt alios cõsulto præteream) loquax, et exãguis fuerit habitus, quamuis ille libros suos pluribus veluti defensoribus ascribi curauerit. Ac deniq; ex nostris Acursius, Bartolus, Baldus, cæteriq; omnes doctores, tam Cæsarei, quam Pontificii iuris, (vt nostri temporis recẽtiores ommittam) passim ab aliis reprehenduntur, diuersas interprætationes super eisdem legibus, atq; decretis assignãtes. Et vt Innocentii tertii Pontificis maximi verbis vtar, diuersitatem corporum diuersitas sẹpe sequitur animorũ; cuius rei nulla alia potissima inueñitur causa, quam tradita ab Vlpiano ꝙ scilicet variæ sunt hominum volũtates.

l. quia

l. quia poterat. ff. ad Treb. et. l. 2. ver. si is latis. ff. de orig. iuris gl. vers. multo magis in. l. Barbarius. ff. de officio, prętor et. l. sicut et. l. si vnus. ff. de arb. Nicol. Moronus de treuga, et pace. q. 55. nu. 9. et. q. 121. nu. 191. et. q. 61. nu. 3. Ouidius tamen eleganter inquit, pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurę: Persius enim mille hominum species, et rerum discolor vnus, velle suum cuiq; est, neq; voto viuitur vno: neq; mirum quando neq; Iupiter ipse omnibus placeat, siue pluat siue serenus sit. Quibus et aliis obstaculis vndiq; reiectis, vt inter timidissimos huius pelagii fluct⁹ ingenioli mei, penè summersa nauicula, securum, fælicem, ad diu desideratum portum attingeret, ad sacram tuę benignitatis anchoram confugiens, hoc iudicum manuale, ad reipublicæ gubernationem, et regimen, tibi qui Potentissimus atq; clarissimus es dicandum censui, quod (non obstantibus obtrectatorum linguis) eximiæ sapientiæ et nobilitatis tuæ splendore refulget, et cum tu iustitiæ amicorũ animos erigere, ac quantum in te est, muneribus, et honoribus iuuare semper solitus sis; cui melius hæc studiorum munera debeantur, quam tibi studiosorum adiutori? quod id ipsum singula in omnes collata beneficia demonstrant, præcipue in hac nostra florentissima prouintia Bætica, quę tuis fulcita patrociniis, tuo iocundissimo cõspectu ornata, et illustrata noua quasi luce netescit. Merito igitur vniuersi istius prouintiæ te patronem ac defensorem suscipiẽt, præsertim ego qui tuis beneficiis semper obnoxius ero. Cæterum cũ omnibus hominibus natura insitũ sit, fælices, potentes, prudẽtesq; viros, tamquã quosdam Fortunę duces sequi, non immerito te illustrissimum, prudentissimum, potentissimumq; diligendum putaui, cui hic meus iustus, et honestus labor addiceretur, quem generis clara nobilitas, quem excellens virtus, quoad licet mortali, vndiq, beatum effecerũt. Quam quidem fœlicitatem, sicut tota Itallia, et nostra

flo-

florentissima Betica iam diu experta est, nunc etiam tota Hispania animi tui fulcita patrociniis, firma, stabilisq; perseuerat. Accipe igitur (dux bellipotens) serui tui hos iuris vtriusq; labores, signum religionis, et obseruantiæ erga te meæ Nam si tui patrocinii tutamine hoc dignum apparuerit, et calumniantium securitatem firmiter optinebit, et ad maiora suscipienda alacriter festinabit. Perpetuo vale.

Authoris protestatio.

HAEc quæq; semper scripsero, dixero, aut cogitauero, correctioni, et censuræ Sanctæ matris ecclesiæ libēter summito, vt sit ad gloriam, et laudem omnipotentis Dei, intemerateque eius genitricis Virginis Mariæ, ac beatorū apostolorū Petri, et Pauli, ac beati Bartholomæi nominis mei, quem aduocatum habeo: sitq; ad perdendos, et extirpādos omnes hæreticos, eorumq; insanias: et me perpetuo viuere, et firmiter credere, ac sēper habere quod tenet, prędicat, et docet Sancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium, et magistra: protestor iterum atq; iterum,

B. R. C.

Petrus Falconero de Herrera

in iure Potificio Doctor, in insigni Collegio, et Vniuersitate Sāctę Marię de Iesus collega, in egregiū opus insignis Domini Bartholomæi Roderici, pontificii iuris meritissimi Licentiati, Regiæq; curiæ Hispalēsis Aduocati prudentissimi, Disthicon.

VOluere qui iuris numerosa volumina tentas,
improbus vt sistat proficiendo labor.

SIste, neq; obscuris onerata mente tenebris
impugnes animum cæcus in arte tuum.

QVæ dixere pares Felinus, Bartolus, Abbas
cum Paulo, Decius, cumq; Iassone Cinus.

QVæ Baldus repetit, quę sustinet Angelus author,
paruulus iste liber dat modo calce breui.

BArtholomeus habes Rodrices floscula tanta
vt valeas cunctis his superare viris.

PAndere fac iudex opus hoc insigne libelli
condere si pacem, iustitiamq; vellis.

NEc tua consultans manus id manuale relinquat
consultet vt digne mens studiosa tua.

DOctior en splendet doctorum hic a g mine doctor
iura ambo vt teneas hunc tibi rite tene.

SVMMARIVM EORVM QVAE in hoc opere continentur.

CAp. 1. quod authoritas gubernandi, et iudicandi in terra, est Principibus delegata à Deo qui omnia suo diuino ordine composuit.
Cap. 2. Quod iudices ordinarii a Principibus eligũtur.
Cap. 3. Vt iudex misericors, et beneuolus sit.
Cap. 4. Vt iudex neminem lædat, ius suum cuiq; tribuat.
Cap. 5. Vt iudex procuret ne victualia populo defficiãt:
Cap. 6. Iudex ne aliquid mali in suo officio operetur.
Cap. 7. Vt iudex scientiam et experientiam habeat.
Cap. 8. Vt iudex habeat manus mũdas ne muneribus corrumpatur.
Cap. 9. Vt iudex sit fortis et validus ad iudicandum.
Cap. 10. De iudice delegato.
Cap. 11. De iudice arbitro.
Cap. 12. Qui iudices esse non possunt.
Cap. 13. De exceptionibus quæ possunt oponi contra iudices.
Cap. 14. De fidelitate et iuramento iudicis.
Cap. 15. Quod iudices sunt honorandi.
Cap. 16. Signum Virgae in iudicibus vnde in nostra Hispania habuit originem.

MANVALIS IVDICVM INITIVM, & capitis primi Summaria.

DEVS optimus maximus rerum omnium est causa. num. 1.

Deus noster præparat victum, et vestitũ, etiam brutis animantibus. n. 2.

Deus hominem ad suam creavit similitudinem. nu. 3.

Deus est omnium creaturarũ author, & nõ solum illas in destinatum finem direxit, verum etiam Regnis, ac Prouinciis administrationem, ac temporum qualitatem adhibuit. nu 4.

Respublica per plures homines, regnum vero per vnum tantum administratur. nu. 5.

Pluralitas Principũ in republica est quid monstruossum, sicut duo capita in corpore humano. nu. 6.

Principes debẽt esse cõtenti ea regiminis conditione, quã Deus illis concesserit. nu. 7.

Deus prout sibi vissum est, principes nunc extollit, et nũc deprimit. nu. 8.

Auctoritas iudicandi, & gubernandi, est quædam potestas delegata, seu collata hominibus à Deo. nu, 9.

Reges in iudicando in quantum possunt, debẽt Deum immitari. nu, 10,

Reges & Principes de suis iudiciis Deo rationẽ sunt reddituri, & secundum qualitatem eorum gloriam vel pænam recepturi. nu, 11

Iudices excessus subditorũ suorũ corrigere tenẽtur. n. 12,

Quid bonus Princeps facere debeat. nu, 13,

Authoritas gubernandi, & iudicādi in terra, est a Deo principibus delegata, qui omnia suo diuino ordine cōposuit.

Cap. I.

1 DEVS OPTIMVS MAximus rerum omnium est causa, et illas ad eum conducit finē, ad quem per se ipsum deputatæ iuxta propriam naturam sunt. Et sicut in sua sapientia omnia creavit, sic sapienter ea movet omnia, et gubernat. Nam si consideretur cœlorum, stellarum, ventorum, ac nubium motus, niuium roris, ac tempestatū deffuxus, et quemadmodum Deus noster austrum stare iubet, et liquefactis niuibus, terraque calefacta, ubique excrescant herbæ, erit non imponere finem. Et quanuis de hoc tam in veteri, quam in nouo testamento, sit frequens mentio; notanda sunt Prophetæ verba. Psal. 146. dicētis. Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina voccat, magnus Dominus noster, et magna virtus eius, et sapientiæ eius non est numerus. Qui operit cœlum nubibus, et parat terræ pluuiam, qui producit in mōtibus fænum, et herbam seruituti hominū. Et Psal. 147. ibi: qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Et Iob. c. 37. Flante Deo cōcrescit gelu, et rursum latissime funduntur aquæ, frumentū desiderat nubes, et nubes spar-

gunt lumen suum, Et idem Iob. cap. 38. quis est pluuię Pater, vel quis genuit stillas roris, de cuius vtero egressa est glacies & gelu de cœlo quis genuit? †. Considerari potest etiam Dei prouidentia in hoc, quemadmodum, ipse Deus noster mirabiliter pręparat victum & vestitum brutis animantibus, ut Dauid Prophęta dixit Psal. 144. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore oportuno, aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione, & dixit etiam Psal. 146. qui dat iumētis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Item considerari potest quomodo aues cæli & lilia agri crescant, quia cum non laborent, Deus tamen sic pascit, et vestit illas. In sole etiam contemplandum erit quam firmo totius anni circulum per erret ordine. Item est considerandum, quo ordine apes gubernentur, quando quidem inter se (cum minima sint animalia) Regem eligunt cui parere debeant. Vt dicit Aristot. lib. 9. de animalibus, &. D. Ambrosius in suo libro examer. & alii. De quo est tx. c. in apibus. 7. q. 1. et alia multa considerari possunt quæ Dei gloriam et providentiam apertissime pręd icant. Sed si Deus Dominus noster in animatas res ita curat, regit, gubernat, et protegit: quanto magis animatas curabit, præsertimq; proteget quos elegit. †. et ad suam similitudinem creauit? ut. c. hęc imago. 33. q. 5. &. l. si quis in metallum. C. de pænis. Et Genes. c. 1. et in. c. illa anima de pænit. dist. 2. ne iniuste opprimantur ab adversariis, ut testatur Regius prophęta Dauid. Psal. 144. dicens; aleuat Dominus omnes qui corruunt, et erigit omnes elisos. Christus etiam suis inquit per Matth. c. 10. nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Et est tx. c. nollite. 11. quest. 3. et beatus Petrus Apost. c. 5. dicit omnem solicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et est tanta excellentia et hominis nobili-

tas

tas, quod dicit. D. Crisostomus in comment. in Genes. Dominum Deum in hominis creatione, sicut in reliquis (fiat homo) non dixisse, sed faciamus hominem ad imaginé, & similitudinem nostram, quod hominem factum fuisse cũ consilio sanctissimæ Trinitatis, significare, non dubitatur, ad hoc ut eius excellentia, & nobilitas ostenderetur. Quod etiam affirmat Gregor. lib. 9. moral. & Thæodoretus in quæst. Genes. Et Greg. Lupus. in procmio. ver. honrras, in tit. 1. part. 4 †. Itaque ex his vissum est, Deum non modo creaturam rerum authorem esse, atq; in destinatum finem illas dirigere, verum etiam Regnis, ac Prouintiis eam administrationem, ac temporum qualitatem abhibere, siue prosperam, siue aduersam, quam ille ipsis expedire iudicauerit, ut ęterno suo decreto fiat satis. Quod sane decretũ licet humano sensui, prauis opinionibus infecto, aut non bonum aliquando, aut iniustum esse appareat, nihilominus cũ summa iustitia, summa sapientia, atq; adeo summum bonum Deus ipse sit, non nisi iuste, non nisi sapienter, deniq; non nisi optime disponit, ac moderatur omnia. † Nec mirum alicui videatur, respublica per plures homines, regna vero per vnum tantum administrari, quando perfectissimum numen illud, non iuxta proportionem arithmeticæ, sed iuxta suum beneplacitum hæc metitur. † Nam pessimum quidem est in republica pluralitas principum, quia unus debet esse Rex ac princeps, ut. l. 2. §. novissime. ff. de origine iuris, & in dicto cap. in apibus. 7. quęs. 1 Bart de regimi: ciuitat. n. 9. vnde Dominus per Ezechielé. c. 34. dixit, & suscitabo super eam pastorem vnum, qui pascat eam, & ipse erit eis in Pastorem, & seruus meus Dauid princeps in medio eorũ, & Prouerb. c. 28. dicitur, propter peccata terrę multi principes eius, & Baldus in quæstionibus de schismate posita in rubrica. C. si quis aliqué test. pro. n. 24, & Philosoph. 3. lib. Politic. c. 6. 7. 8, & 9. dicit; quod

(margin: 4, 5, 6)

vnus omnium habebit potestatem, & Plato dialogo. 8. de repub. & quemadmodum inmembrorum hominis pluralitate vnũ est caput, & plura capita habere esset quid monstruossum, ut in. l. non sunt liberi ff. de stat. homi, & in. l. quæret aliquis. ff. de verborum signif. ita in rep. esset quid monstruosum plures habere reges, & capita † Qua propter principes viri debent esse contenti ea regiminis conditione, quam Deus concesserit, si bona contigerint, agant læti gratias Deo, sin secus patienter tollerent, illiusq; mutationem expectent ab ipso Deo. †. Qui principes pro ut sibi vissum est extollit nunc, & nunc deprimit. vt Daniel propheta nos admonet dicens c. 2. sit nomen Domini benedictum à sæculo & usque in sæculum, quia sapientia & fortitudo eius sunt, et ipse mutat tempora, & ætates, transfert regna, atque constituit, dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam, ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cũ eo est. Item propheta Amos dicit. c. 3. numquid si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit; quia nõ faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad servos suos prophetas, & Salomon Prouerb. c. 21. in principio ait: sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocunq; voluerit inclinabit illud, omnia via viri recta, sibi videtur, appendit autem corda Dominus. †. itaq; actus iudicii, & authoritas gubernandi, & iudicandi, est quędam potestas delegata, seu collata hominibus à Deo, qui in hoc tenet locum & vices Dei, ut dicit Salomon in lib. Sapientiæ. c. 6. audite ergo Reges, & intelligite, discite iudices finium terræ, præbete aures vos, qui cõtinetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationẽ scrutabitur. Dñs quoq; Prou. c. 8. per eundẽ Salomonẽ ait, per me reges regnant,

nant,& legum conditores iuxta decernunt, per me principes imperant,et potentes decernunt iustitiam;de quo est tx.c. quęsitum.26. quest.4.&.l.1.in.pr. C. de væteri iure enucle.& in epistola inter claras. C. de summa Trinitate, & fide cath. & in.cap. nouit ille,de iudic. & in Auth. de inst.cau.& fi.§.quia igitur impiũ. colu.6. et est tx.in auth. quo mod.oport.episc.et cęteri cleri.ab ord.perd.col.1.et ibi.gl.verb.vtraq; et Bart.ibi.num.1.& est tx. c. celebritatem infi.de consecrat.3.distint.et.gl.verb.ad Regem.in cap.causam 7.qui filii sint legiti.approbata per Præposit. ibi.num.2.14.et.15.et per Abb. nu.2.idem Abb.c. cum à nobis de testibus. Innoc.c.licet de foro compet. Homerus etiam quandam fingit scholam, in qua Reges Dominus docebat, vt dicit Ioannes de Horozco, et Cob.in suis emblemat.lib 2.emblemat.16.et lib.2.Paralipom. c. 14: inquit Iosaphat iudicibus ab eo posситis, videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, & quodcumq; iudicaueritis, in vos redundabit.

10 †. Qua propter tales reges, in quantum possunt in iudicando debent ipsum Deum Dominum nostrum immitari, ut in Deutero. cap. 1. dicitur,quod iustum est iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis ut magnum, neque accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est,ut in dict. capi. nouit ille de iudic. et in capi.vlti.3. quest.4.

11 †. & intelligant quod de suis iudiciis ipsi iudici Deo rationẽ sunt reddituri,et secundũ qualitatẽ eorũ gloriã, vel pænã recepturi,ut.c.cũ ad monasteriũ. § Abb.de stat.reg. et in.c.ecclesias. 13 q. 1. et.1.Reg.c. 8.dicitur: Rex enim erit super nos,et erimus nos quoq; sicut omnes gẽtes,et iudicabit nos Rex noster,et illud Lucæ.c.16 ibi,quid hoc audio dete,redde rationẽ villicationis tuę,et 1 Reg,c.12. dixit Samuel ad vniversũ Israel,ecce præsto sum, loquimini

de me corã Domino,& corã Christo eius vtrũ boué cuiusquã tullerim,aut asinã,si quépiam calumniatus sum,si oppresi aliquem,si de manu cuiusquam munus accepi, et con temnam illum,hodie restituamq; vobis,& dicit Dominus per Ezechielem prophetam.c.3. si dicente me ad impium morte morieris,non annunciaueris ei , neq; locutus fueris ut auertatur a via sua impia,et viuat,ipse ipsius iniquitate sua morietur,sanguinẽ autẽ eius de manu tua requiram, & per eundem idem dicit.c.33.quod etiam in Act. Apost.c. 20,& de hoc est tx.c.ephesis.43.dist.et.c.quicquid.1.q.1. &.c.episcopo.9.q.3.de quo etiam videndum est Concil. Trident.sessio.6.c.1.de reform.ubi dicit,& ad monet cer tissimum esse,non admitti pastoris excusationem,si lupus oues comedit,et pastor nescit,quod etiam probat sess. 24. c.1.de iusta Cardin.elect.in fin. de quo est tx. c. quamuis causæ de reg.iur,& ibi glo.verb.pastor, quam omnino vi de: cum iudices,et pastores ratione officii sui debeant cu-

12 stodiam habere,ut in.c.ea quæ de off.archid.† Quia iudi ces subditorum suorũ excessus corrigere tenentur,ut cap. irrefragabili de off.ordin.& in dict.c.cum ad monasteriũ. §.ult.de stat.reg.&.c.qualiter et quando.§.penult.de acusatio.de quo videndus est Archiep.Florent.3.p.tit.9.c.1. quod etiam reffert Auiles in cap.Prætorũ c.2. glo.ver. en iusticia n.3.et.5.qua propter intelligere debent,suam de ve nire potestatem a Deo,& etiam Paul.Apost.ad Corinth.c 13,ait: non est enim potestas nisi a Deo,quę autem sunt,à

13 Deo ordinata sunt.†.Itaque si princeps iustus,ac pius contigerit,non solum habebit gratiam Deo , sed præces insuperfundet,ut ipse Deus noster ipsi ad sit , faueatque perpetuo,neq; vnquam illum sinat aliquid contra divina præcepta designare,si vero iniustus,atq; impius euenerit,præcabitur Deum,ut à tali prauitate iuxta suam volũtatẽ illum remoueat , atq; efficiat,ut sanctissimis suis præceptis

li-

libens obsequatur, et ut non amplius iam sibi ipsi, sed Deo viuat, eiusq; arbitratu se semoueri, ac regi facile patiatur, quemadmodum Paulus Apost. c. 17. de vero Deo loquens Atheniēsibus dixit; in ipso viuimus, et mouemur, et sumus: & ad Philipenses c. 2. dixit. Deus est enim qui operatur in vobis, et velle, et perficere pro bona voluntate, & Salomō in Sap. c. 7. ait: in manu enim illius (nempe Dei) et nos, & sermones nostri, et omnis sapientia, et operum sciētiæ disciplina est, & Iacobus in epist. c. 1. ibi: omne datum optimū & est tx. c. quam pio: 1. q. 2. gl. in. l. 2. ff. de legibus.

SVMMARIA
Capit, II,

Iudices ordinarii qui dicantur. nu, 1.

Potestas et iuris dictio à Rege vel principe data est iudicibus. num, 2.

Dignitates omnes, et omnia officia sicut omnes riuuli a suo fonte, ita ab ipso principe profluunt. num. 3.

A iudicibus nō habētibus potestatē, acta omnia nō valēt. 4

Iudex qui pro iudice se gerit cū non sit, in crimen læssę maiestatis, et falsi incurrit, et quę sit pœna. num. 5,

Et quid si iudex iudicat extra suum territorium nu. 6.

Iudex a Rege, vel Principe creatus, tenetur idē facere quod suus rex, & seruare leges regias, et honorem principis, eiusq; damnum obuiare. nu. 7,

Iudex quando iudicat habetur loco Principis. nu. 8,

Iudex tenetur seruare leges Regias de necessitate, princeps vero nō, quia legibꝰ humanis est solutꝰ. 9. & n. 10. & 11

Princeps contrahens cū subditis, an ex illo cōtractu obligetur ciuiliter, vel naturaliter. nu. 12.

Officium iudicis personis scientia, et virtute præditis prę stabitur. nu. 13.

Iustitia inter cæteras virtutes optinet principatum. n. 14.
Iustitia regnãtis est vtilior subjectis quã fertilitas téporis. (nu. 15.
Integritas præsidentiũ salus est subditorũ. 16.
Electio iudicis periculosa est. 17.
Electio prima, si nõ habuit effectũ, an pósit elector iterũ (eligere. nu. 18
Electione serui legata semel dumtaxat optari potest. n. 19.
Elector prima electione facta videtur fũct⁹ officio suo. 20.
Eligétes priuãtur potestate eligédi si indign⁹ eligatur. n. 21.
Electione vna facta, consumitur ius eligendi. nu. 22.
Electio mala, est in culpa eligentis. nu. 23.
Electio in efficax habetur ac si celebrata non fuisset. 24. & (nu. 27.
Electio nó consumitur quando in vtiliter eligitur. nu. 25.
Electionem habens, semper videtur litem variare. nu. 26.
Códitioné nó implet si de facto nó impletur factũ. nu. 28.
Canonistarum distinctio in electione. nu. 29.
Electio in dignitate ecclesiastica habet electioné, et cófirmationé, & donec cófirmetur durat ius eligendi. n. 30.
Protestatio in electione est bona cautela, ad hoc, ut iterum eligentes eligere posint, quia semper protestatio multum prodest, nu. 31.
Iudex Deum optimum maximum debet timere, & Principem eum eligentem. nu, 32.
Iudex eligédus est, qui habet experientiam rerum, quia in eis necessaria est nimis. nu. 33.
Iuuenis sapiés esse nó potest, quia experientia caret. nu, 34.
Maior ętate pręsumitur maturitate sensus præstãtior. n 35
Iudex aduocatos patienter audire tenetur. nu. 36
Iudex aduocatos honorare debet, et cũ reuerentia admittere. nu. 37.

Iudices ordinarii semper a principibus eliguntur.

CAP. II.

Dictum

DIctũ est supra, quod authoritas iudicãdi, & gubernãdi, est quædã potestas delegata, seu collata hominibus a Deo, qui in hoc tenẽt locũ, et vices Dei. Nunc de electione iudicũ ordinariorũ a Principibus electorũ dicẽdũ erit, nã quamuis regnũ per vnũ administretur regẽ, respublica tamen per particulares homines a rege electos administrari debet. † & isti, qui sic a rege creãtur, iudices ordinarij dicũtur, quia habẽt merũ imperiũ secũdũ Auil. in. c. prẹt. in prohæmio, in gl. ver. qualesquier, n. 5. & speculat. in tit. de iurisdict. omn. jud. vers. prædicti. n. 7. † & est ratio, quia potestas & iurisdictio talibus iudicib⁹ data à Rege, vel a Principe procedit, secũdũ. tx. c. de pace tenẽd. & jur. firm. §. iudices ibi: ab imperatore vel eius volũtate cõstituti, & in. c. a iudicib⁹. 2. q. 6. & c. iudices. 11. q. 1. et in cap. de Alodiis. §. 1. in fẹud. & in. l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. & in. l. priuatorũ. C. eodẽ tit. & l. 1. ff de cõstit. princip. Bart. in. l. 1. n. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & tx. in. l. 1. ff. ad legẽ jul. de ambit. & est gl. ver. statuũtur in. c. 2. ne prælati vices su, & de iure regio est. l. 2. tit. 4. p. 3. cuius verba sunt: Iuzgadores para juzgar los pueblos son hõbres, q̃ tienẽ mui grãdes lugares, y porẽde los antiguos tuuierõ por biẽ q̃ fuessẽ puestos quãto enlo tẽporal, por mano de otro, si nõ de aq̃llos, q̃ aqui diremos, asi como Emperadores y Reyes q̃ an poder de poner aq̃llos, q̃ son llamados ordinarios. Y estos tales nõ los puede otro poner si nõ ellos, o otro alguno aquiẽ ellos otorgassen señaladamẽte poder delo facer por su carta y priuillegio. De quo est etiã tx. l. 1. tit. 9. l. 3. novæ reco. ubi etiã dicitur idẽ, & est tx. l. 1. & 2. tit. 1. lib. 4. novẹ Rec. † Itaq; sicut omnes riuuli a suo fõte, ita omnes dignitates, et omnia officia ab ipso Principe proffuunt, ut tenet Angelus in Rubr. & in. l. 1. n. 35. ff. de iurisd. om. iudic. Bald. in. c. 1. in. p. quis dicat: dux, Comes, vel Marchio. Aviles ubi. sup. in gl. ver. nr̃os. nu. 1. fol. 22. quod quidẽ per lucẽ intelligere possumus, nam sicut de una luce, aliam æqualem

dedu-

deducimus,et ambæ æqualiter spargũt lumẽ suum, ita Reges à Deo,& iudices à regibus iurisdictionẽ habent, quod bene probat. Num.c.11.ubi petens Moyses à Deo ut iudices daret populo,quia ipse solus eum sustinere nõ poterat, dixit Dominus ad Moysem,ut cõgregaret septuaginta viros de senioribus Israel,dicens, auferã de spiritu tuo,tradamq; eis,ut sustentent tecum onus populi,per quã authoritatẽ probatur bene Moysem a Deo,et septuaginta senio
4 res viros à Moysi iurisdictionẽ & potestatem habere.†.Aliàs omnia acta per illos non valent, quia illi,qui potestatem regiam non habent frustra iudicant., & gesta per eos non valẽt.Ita Iass.l.prescriptione.n.2.C.si contra ius vel vtili.publi.Quẽ alegat Auiles ubi.sup.c.1.n.19.fol.24.& Constanti.Armen.in suo prõptuario iuris.tit.de iure cal-
5 culi.in.pr.†.Vnde infertur quod ille qui pro iudice se gerit,cum non sit,in crimen læssę maiestatis incurrit,probat tx.leg.duodecim tabullarũ in fin.ff. ad legem iul. maiest. & etiam incurrit in crimen falsi, ut.leg. qui nomine.ff. de falsis,et in.l.maiorem.C.eod.tit.Francisc. Lucas in tractatu de fisco in parte de crimine læssæ maiestatis verss. itẽ cum privatis num.9.tom.6.tracta.fol 11.& expresse Angelus in dicta lege duodecim tabularum,& est tx.in.l. eos. ff.ad legem Iuliam maiestatis,& in.l.omnes stationarii.C de coactat.lib.12.& tenet Ioannes de Platea.l.viros.C.de diversis officiis,& apar.iud.lib.12.& Guidus Papa decisione.423.vbi dicit quod est crimen læsse maiestatis,cum ipse ad illam processerit iurisdictionẽ eius privata authoritate,cuius pœna est ultimum supplicium,& omnium bonorum confiscatio.ut probat tx.in.l.quisquis.C.ad legem
6 Iuliam maiestatis.†.Sed si hæc pœna est etiam applicãda, et imponenda iudici iudicanti extra suum territorium; vide Auil.ubi.sup.in.c.1.gl. ver. nuestras. n.6.vers. sed quid si aliquis fol.23.& sic iure regio mãdatur per tx.l.2.tit.1.
lib.

lib. 4. nouæ recopil: quod illi qui officio utuntur iudicis in alieno territorio, ostendant præuillegium, vel facultatem, quam de tali vsu habent. †. Vnde etiam infertur quod iudex ille qui creatus est à Rege vel a Principe, tenetur facere quod suus rex facere tenetur secundum gl. & ibi Cinus. l. final. C. de præscriptione long. temp. & tenetur etiã seruare leges & honorem sui principis, & eius vitare damnum & omnia alia requisita, secundum tx. c. de forma. 22. quest. 5. cuius pulcherrima verba sunt: de forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vero quę sequuntur breuiter ex librorum authoritate notaui. Qui Domino suo fidelitatem iurat, ista sex semper in memoria debet habere incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile. In columme videlicet, ne sit in damnum Dño suo de corpore suo. Tutum, ne sit ei in damnũ de secreto suo, vel demunitioni bus, per quas tutus esse potest. Honestũ, ne sit ei in damnũ de sua iustitia, vel de alijs causis quæ ad honestaté pertinere videretur. Vtile, ne sit ei in damnũ de suis possessionib⁹. Facile vel possibile, ne id bonũ quod Dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, ne ve id quod possibile erat reddat ei impossibile, vt fideliter hæc documéta caueat, justũ, de quo est etiã tx. c. 1. de constitu. et in. c. iudicet. 3. quest. 7. & in. c. iudicanté. 30. quest. 5. & in. l. leges. 1. C. de legibus, & gl. vers. puniatur. l. 1. ff. ad legé Cornel. de fals. & de iure Regio est tx. l. 6. ti. 4. part. 3. quam omnino vide, & l. 12. tit. 1. part. 2. & l. 1. tit. 7. lib. 1. fori leg. & l. 3. tit. 9. libr. 3. & l. 6. tit. 6. libr. 2. nouæ recopil. † & hac de causa iudex quando iudicat habetur loco Principis ut tenet Hyppolitus de Mars. in pract. §. constante num. 22. Bart. in lib. hostes ff. de captiuit. Bald. in. l. spadonem. §. ciuitati. ff. de excusat: tutorum, & tx. in. l. 3. tit. 4. part. 3 in fine. †. Sed tamen erit notandum, quod in hoc erit differentia, scilicet quod iudex tenetur seruare leges

de

de necessitate, Princeps vero non, quia legibus humanis est solutus, et poterit iuxta id quod recte sibi vissum sit, iustitiam facere, quia est supra leges humanas, ut in. l. princeps. ff. de legibus. et in. l. digna vox. C. eodem. tit. et est tx. in. c. cuncta. 9. q. 3 gl. ver. ab omnibus in. c. 1 de cõ-
10 stit. & S. Thom. 1. 2. q. 96. ar. 5. ad. 3. †. & poterit iudicare secundum suam conscientiam, et non secundum allegata tãtum. ut in. l. 1. C. ut quę desunt aduoc. et ibi Bart. ité. Abb. et Felin. in. c. pastoralis de off. delegat. Card. in Cle-
11 ment. sæpe. §. 1. de verborum signif. †. iudices vero nó debent recedere ab obseruatione legum, quantũcumq; duræ sint. ut tenet Gundisalu. Suar. de Pax in pract. in. 6. tépore. 1. tom. 1. p. n. 45. fol. 46. Vnde infertur iudices sine causa pænam a lege signatã mitigare non posse. De qua quæs. vidéd' est Auil. ubi. sup. qui hoc large disputat in. c. 1. n. 5. et nu. 22. & Gundi. suar. de Paz. ubi. sup. c. 3. §. 3. a nu. 97. fol. 159. et melius Robertus marant. in specul. aduoc. 4. p. n. 65. et. 66. et Iul. clarus in pract. crimin. §. 1. nu. 9. fol.
12 157. †. Vnde infertur bona quæstio, Principé ciuiliter nõ obligari ex contractu cum suis subditis contracto, sed tantũ naturaliter, cũ legibus humanis solutus sit, ut supradictum est. Quam sententiam tenent communiter doctores in. c. 1. de probat. secundũ Decium ibi. n. 1. & hanc communé appellat Laurus Chircobius. 3. tom. commun. opin. centur. 1. conclusio. 88. pag. 30: n. 23. De quo etiam videndus est Roderic. Suarez in suis allegat. allegar. 9. n. 1. ubi multa adducit iura, quæ obligatio naturalis, efficax est ad agendũ, tanquã si ciuiliter, & naturaliter, princeps esset obligatus, ut tenet Minchaca, qui veram et communem appellat. li. 1. cõtrov. illustr. c. 3. n. 2 & ratio est, quia quãuis Princeps sit legibus humanis solutus, erit ex vi coactiva, & ita est intelligédus tx. in d. l. princeps, non auté erit solutus ex vi directiua, quæ principem à via rationis extrahat

quia

quia debet subiici legi à se latæ,ut in.dict.l.digna vox , sic intelligenda.C.de legibus,& est tx.c. iustum. distinct . 9. cuius verba sunt : justum est principem legibus optemperare suis:tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet ; quando et ipse illis reuerentiam præbet , principes legibus teneri suis , nec in se posse damnare iura quæ in subiectis constituunt, iustum est. Iusta est enim vocis authoritas eorum , si quid pupillis prohibent , sibi licere non patiantur. De quo etiam est.l.12.ti.1.p.1. & ibi
13 Greg.& Montal.gl.1. † Quibus rationibus merito licitū erit,non ignaris,et prauis viris , sed personis magna scientia,et virtute præditis, hoc officium iudicis commendare.
14 † Nam iustitia inter cæteras virtutes optinet principatū, ut in authēt. Vt omnes obediēt princip.prob . in princip. Gome. in reg.chan.reg.1.fol.12. Rox,in epitome succes.
15 c.34.nu.10.qui dicit quod † iustitia regnantis est vtilior
16 subiectis, quam fertilitas temporum † & quia integritas presidentium,salus est subditorum secundum tx.c. miramur.61.dist.& in Conc. Tridēt. ses.6.c.1.de reformat. et residētia prælat. ideoq; ubi est iustitia,ibi et reliquæ virtutes,ubi abest iustitia,nulla virtus perfecta. Ambros. enim in examer. inquit:ubi prudentia,interdum est malitia, ubi fortitudo ibi iracundia,ubi temperantia, ibi impietas , ubi autem iustitia,ibi omnium aliarum virtutum est concordia. Nam certius quidem est,Deum ipsum ius esse ac iustitiam,ut in cap.quicūque.1.q.3. et iustitiæ Deūm esse au-
17 thoré,ut in.l.sed et si restituatur.§.1.ff. de iud. † & sic electio iudicis periculossa est nimis,secundum Euaristū Pappam.in.c.non est.2.q.7.dicentem, pro meritis subditorū disponitur a Deo vita rectorum . Quod etiam probat tx. in.c.ex merito.6.q.1.dicens:ex merito plebis non nūquā episcopi depravantur quatenus pro cliuius cadant,quæ sequūtur capite languescente,cætera corporis membra in-
ficiun

ficiuntur, quasi dicat quod propter malorũ merita, mali prælati fiunt, ut declarat gl. ver. deprauãtur ibi, & est tx. c. audacter. 8. q. 1. ubi dicitur; nõ semper iudex populo, & iudex ecclesiæ per Dei arbitrium datur, sed pro ut merita nostra deposcunt, si mali sunt actus nostri, et operamur maligna in conspectu Dei, dantur nobis principes secundum cor nostrum. Qui tx. ad hoc probandum adducit illud Oseę. c. 8. ubi dicitur, ipsi regnauerunt, et non ex me, principes extiterunt, et non cognoui, & Iob etiã dicit ca. 34. qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi; et quidem nihil miserabilius quã prælatus vel iudex iniquus & mal⁹, ut in. c. ante omnia. 40. dist. quã electionem merito principes mature & acurate inspicere debent †. Vnde mihi offertur dubium, multoties contingibile, vtrum prima iudicis electione effectum non habẽte, possint electores iterũ eligere. Quæ quæstio pro utraque parte in iure disputatur. & pro una parte videtur quod nõ, multis rationib⁹. † Prima ratio est quia lex dicit, quod serui electione legata, semel dumtaxat optare possumus, ut in. l. serui electio. in principio ff. delegat. 1. & l. apud. ff. de opt. legat. quia † Facta prima electione videtur functus elector officio suo, ut. l. iudex. ff. de re iudic. & in. c. in literis de off. de leg. †. Maxime quando eligitur indignus, quia hoc ipso eligendi potestate eligentes priuantur, vt in. c. cũ in cuncti. §. fin, & in. c. nõ innotuit de electione. †. Itẽ quia facta vnica electione consumptum est ius eligendi, adeo quod alias non datur ingressus iterũ eligendi, ut in. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. act. †. Itẽ quia mala electio est in culpa eligentis, ut in. l. manifestissimi ff. de furtis. & in. d. l. apud. ff. de optione legat. quia sufficit aliquid de facto fieri, et sic de iure non sortitur effectum, ut in. l. quidam cum filium ff. de verb. oblig. & in. l. Sticus. ff. de statu lib.

Marginal numbers: 8, 19, 20, 21, 22, 23

Pro

¶Pro alia vero parte videtur, quod iterum possit eligere quando prima electio facta non habet effectum, rationi-
24 bus sequentibus. †. Primo quia ex quo est in efficax, habẽda est ac si celebrata non fuisset, argum. tx. in. l. quoties. ff. qui satisd. cogant. et. l. 1. et finali. ff. quod cuiusq; iur. et in.
25 c. propter illicitam. 3. q. ult. †. Item quia non consumitur electio, siue ius eligendi, siue optandi, quando eligens inutiliter elegit, ut in. l. 2. &. 3. ff. de optio, legat. & ideo præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, ut in. c. non pręstat. 52. de reg. iur. lib. 6. &. l. qui per salu-
26 tem. ff. de reg. iur. †. Item, semper enim videtur litem variare eum, qui electionem habet, vt in. l. steriles. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. & in, l. qui certarum. §.
27 vltimo. ff. de verbor. obligat. †. Quia quando prima electio est nulla, tũ iterum possit eligere per iura primo alle-
28 gata. †. quia non implet conditionem, qui de facto tenetur implere, ut in. l. quod pupillo. ff. quando dies legat. cedat, et ideo ex integro fit argumentum secundum. l. 4. C. de accusat. aut prima electio valet de iure, sed alia de causa defficit & tunc quia consumptum est ius eligẽdi, non potest tunc eligere de nouo, ut dicunt iura supra allegata pro parte negatiua.

29 Sed tamen Canonistę aliter distinguunt, quia aut electio differtur ab homine, ut si electus iudex nõ habet partes requisitas, et in eo latet aliquod vitium, et tunc vnica electio qualitercumque consumitur iuris electione, ut in. c. si cõpromissarius de electione. lib. 6. et. in. l. serui cũ similibus. Et non obstat dicta. l. quoties. ff. qui satisd. cogant. quia illud loquitur in odium vitiosi, ut iterum satisdet, ut ibi.

Sin autẽ differtur a iure, ut si talis electus est seruus, vel infamis, tunc potest iterũ eligere, & variare donec habeat effectũ, et ita loquuntur iura pro secunda parte allegata, et

30 ratio est.† quia electio in dignitate ecclesiastica, vel præbenda habet plures partes, scilicet electioné, et cófirmationé, unde ante cófirmationé, videtur habere tépus eligédi, ut dicit Innocen. in. c. dilectus. 2. de præbéd. & in. c. si electio de electi. li. 6. ideoq; donec confirmetur durat ius eligendi, ita quod electo reccusāte, vel mortuo iterū eligat. Sed iure ciuili, ipso actu electionis cófirmatur potestas electionis, ut dictū est.

31 † Sed tamé in prædictis, quidam adhibent hanc cautelam, optimam quidem; quia adhibent sub protestatione hoc modo: protestor quod si electio, quā fecero, non iuridica fuerit, ex nunc reseruo mihi ius eligendi, donec electio per me fiéda efficaciter valeat, ut in. l. terminato. C. de fructib. et lit. expens. & in. l. Titius. ff. de seruis export. et in. c. innotuit, de arbitr. et in. c. cum dilectus. de iure patron. et in. c. si delegatus de off. delegat, et in. c. super quæstionū. §. cū auté. eodem. tit. semper enim protestatio prodest, et multum valet, ut in. l. si non conuitii. C de. iniur. & in. c. lotharius. 31. q. 2. et in. c. cum olim de Censi. in. l. quis quis. C. de post. et in. l. quę omnia. ff. de procurat. nā tūc cū tali protestatione inuicé possunt simul eligi, ita quod si un' succūbat, ali' obtineat, et uno electo dicāt electores, sic. Quod si latés forte vitiū in persona primi electi appareat, eius electioné inualidā, ex nūc talé eligimus, ut notatur in. c. in scriptis. 8. q. 1, et in cap. studii nostri. 61. dist. et vtrobiq; gl.

32 †. Vnde infertur talé iudicis electioné, in personati mete Deū optimū maxi., qui verus est iudex, fieri debere, ut probatur. Prou. c. 9 ibi initiū sapiétiæ timor dñi. tx. in. c. si quis Abbas. 18. q. 2. et in authét. ut iudic. sine quo. suf. §. eos. col. 2. tx. l, 4. tit. 17. p 3. ubi dicitur: Buenos homes y q̄ temā a Dios y de buena fama deuen ser los pesq̄ridores: pues q̄ por su pesquisa an muchos de morir, y çufrir otra pena enlos cuerpos, o daño en los aueres: sególl fecho q̄ fallaré q̄ fizieró aq̄llos cótra quié fizieró

la

la pesquisa, y deuē ser a tales q̄ ayā de fazer seruicio lealmē te al Rey, o alos otros q̄ los i metierō, de aq̄llos q̄los puedē poner. De quo etiā est. tx. l. 5. tit. 16. l. 5. ordi: et. l. 3. tit. 4. p 3. ibi: y sobre todo q̄ temā a Dios, y a quiē los i pone. Ca si a Dios temierē, guardarse an de hazer peccado y aurā en si piedad y justicia. Itē etiā timētē Principē, et illū eligētē, ut in iuribus supra allegatis, et etiā est. l. 1. tit. 15. lib. 2. ord.

33 †. Item sunt eligendi habentes experientiā rerū, cū rerum experientia, omniū magistra sit, ut in. §. quæ omnia inst. de satisdat. quia in eis est summe necessaria ad iudicandū, ut probat tx. in. l. 1. §. sed cū sit necessariū, de Iust. cod. cōf. et in auth. de iudic. in prin. vers. nō enim collat. 6. et. in. d, l. 3. tit. 4. p. 3. ibi. Y que ayan sabiduria para juzgar los pleitos derechamente por su saber, o por uso de luengo tiēpo, et

34 dicit Arist. lib. 6 ethic. † Quod iuuenis non potest esse sapiens, quia prudētia requirit experiētiā, quæ indiget tēpore. Et quod iuuenes experti nō sint, probatur Iob. c. 12. ibi, in antiquis est sapiētia, et in multo tēpore prudentia, et est tx. in. l. si chorus. §. 1. ff. de legat. 3. gl. in. c. cū in iuuētu. de præsupt. & idē dicit Arist. ubi. s. impossibile est prudentē esse, nolentē bonū, quia multitudo tēporis facit experientiā, & dicit Menochius cons. 52 n. 154. quod a sentētiis iudicū iuuenū tristes solent euentus succedere. Quod etiam probat Ioann. Segura Daualos, in suo direct. iudicū. c. 5. n. 5. et etiā 3 Reg. c. 12. hoc bene probatur, quando iuuenes Regi Roboā malū cōsiliū senes autē bonū dederūt. Quod etiā probatur Paralip. 2. c. 10. et ratio istius cōclusionis est.

35 † Quia qui maior est ętate pręsumitur maturitate sēsus pręstātior, ut in. c. cūpridē. § alia vero causa, de renūcia. et in. c fin. dist. 20. Bald. in. c. 1. de renūt. tx. in. l. cū antiquiorib⁹. C. de iure de liber. Fel. in. c. 1. de maiori. et obed. Ias. in. l. dū quid col penult. et ulti. ff. si cert. petatur. tx. in. c. Domino santo in fin. dist. 50. et multa de senibus invenies si videas

36 Azeuedum in curia Pisana. lib. 2. c. 4. nu. 9. †. Quod quidẽ melius seruare poterit, si aduocatos patienter audiat, quia eis silentium subito imponere non debet, cum ex eorum practica, et loquella multa posşit intelligere, ut tenet Specul. lib. 2. in. tit. de disputat, & alegat. §. 6. n. 1. fol. 154. †.
37 item iudex maximo honore, et reverentia illos salutare, et admittere debet. tx. in. l. fin. C. de of. diuer. iudic, et est. l. octaua. tit. fin. p. 2. ubi multa inuenies, et ibi Greg. Lopez. Item, alia multa requiruntur in tali iudicum electione ut infra dicam. cap. 6. numero octauo et nono, et cap. nono per totum.

SVMMARIA
Capit, III,

IVdex, judicium, et iustitia, unde dicatur. nu. 1.
Iudex bonus septẽ colũbę proprietates habere debet. n. 2.
Iudex felle carere debet, misericordem; et benevolum se ostendens. nu. 3.
Oleum misericordiam significat. nu. 4.
Insignia Frãcisci Reg. frãcorũ, et Regis Hẽrici quarti. n. 5.
Iustitia et misericordia debent esse simul in iudice. n. 6
Benignitas præfertur rigori. nu. 7.
Iura proniora sũt ad absolvẽdũ, quã ad condemnãdũ, nisi deficiat spes correctionis, quia tunc pæna legis est imponenda. nu. 8.
Apes melis mater est, et cum offendit, amittit aculeũ, quod fallit in magistra, quia eo caret. nu. 9.
Iudex puniens delicta misericordiam facit. nu. 10
Incorrigibilitas detestabilis est. nu. 11.
Iudex causas carceratorum summarie tractare debet. n. 12.
Carcer est loc⁹ horribilis, maxime paupib⁹. n. 13. 14. et. 15.
Contractus vel promisşio facta in carcere, firmitatem non habet, quod fallit quando est ad suã libertatem. nu. 16.

Iudex.

Iudex curabit ne carceratorum custos, in humaniter se habeat erga carceratos. n. 17.

Carcerati relaxandi sunt diebus Paschalibus nisi pro delictis atrocissimis. nu. 18.

Carceris inuentor in media urbe Romana quis. n. 19.

Vinculorum, exilii, et catenarum, quis inuentor. n. 20

Carcerem, et vincula, iudex secundum qualitatem personæ, et delicti, adhibere debet. n. 21

Carcer ad custodiam, non ad pænam, inuentus fuit. n. 22.

Carcer, datur nobilibus distinctus, et separatus ab aliis hominibus popularibus, quando pro crimine carcerãtur, secus si pro reciuili. nu. 23. et. nu. 24.

Advocatis et clericis datur prævillegũ quæ nobilibus datur à iure. n. 25. et. n. 26. n. 27. n. 29. et. 30.

Nobilitas scientiæ, præfertur nobilitati generis. n. 28.

Iudex curabit, neminus potentiores à potentioribus opprimantur. nu. 31.

Iudex causas pauperum, viduarum, et miserabilium personarũ, sine strepitu et figura iudicii videre debet. n. 32.

Iudex, salarium et mercedem pauperũ pro labore suo solui à debentibus curabit, etiam die feriato. n. 33.

Pauperes, viduæ, orphani, et reliquæ personæ miserabiles possunt suos aduersarios, trahere coram Rege & eius auditoribus. nu. 34.

Auditores Regii de causis ecclesiasticis et spiritualib⁹ cognoscunt, ad effectum tollendi vim, à iudicibus ecclesiasticis cõmissam contra grauatos, et nõ aliter, quia de eis principaliter cognoscere non possunt. nu. 35. et. 39

Prælatus an pæna excomunicationis posit taurorũ agitationes, et publica spectacula prohibere, tã clericis, quã laycis tẽpore iubilei, vel alio tempore sancto. nu. 36.

Pænitens debet se ab spectaculis sæculi cohibere. n. 37.

Repræsentationes licitæ, ac sanctorum solemnitates, ut fit

in diebus Paschalibus, & in die corporis Christi, nō prohibentur. nu. 38.

Regum et iudicū officium est, oppressos, et viduas liberare de manu calumniantium. nu. 39.

Timēs ab aliquo offendi, potest implorare officiū iudicis, ut sibi præstetur securitas nu 40.

Personæ potentiores, quæ sint. nu. 41.

Vxor contra maritum potest petere cautionē de illam nō offendendo, quādo viri sæuitia est magna, et petere diuortium coram iudice ecclesiastico. n. 42.

Maritus potest uxorem corrigere leniter, et temperate, & nō verberibus, quia hoc alienum est ab ingenuis. n. 43.

Mulier est subiecta marito, et sub eius potestate ut socia, non autem ut serua, et quare. nu. 44.

Eua formata fuit de vna de costis Adę. nu. 45.

Securitas præstari debet, inspecta qualitate præstare debētis, et an sit pręstanda pro amicis n. 46.

Effectus securitatis, quis sit. n. 47.

Pacem frangens ex noua offensione, an puniatur; et quomodo hoc intelligatur. n. 48.

Iudex superbus esse non debet. n. 49. et. n. 50.

Pericula si duo immineant, a grauiori cauēdum est, n. 51.

Sponsus vel sponsa de futuro, an, et quando compelli debeant fidem promissam ad implere. nu. 52.

Sapientis est reuocare quod male loquitur. nu. 53.

V T

VT IVDEX SIT misericors, & beneuolus, coram, eo venientibus. Capit, III.

DICTVM est supra, Principem, iudices eligere, nunc unde dicatur hoc nomen, iudex, videre oportet, & qualis esse debeat ad hoc ut recte iudicare possit. † Vnde dicemus, iudex, quasi ius dicés, ut in c. 1 23. q. 2. et in c. forus de verborũ signifi. Bart. in l. 1 in pr. ff. de iurisd. omni iudic. idem Bart. in l penult. ff. de iust. & iure, Auiles in. cc. præter in proęm. nu 1 in gl. ver. qualesquier, & inde venit iudicium a iudice, quia dicitur iudicium, quasi iurisdictio, ut in d. c. forus. vnde sicut dicitur ius dicere, et sic iustitiã ministrare, ut in l. penult. ff. de iust. & iure, & dicit Alciat⁹ lib. 1. parer. c. 29 quod iustitia, dicta est, eo quod vim sistat, quia vbi vis super est, nullus est legis vigor. quod etiam tenet Anton. Rossius lib. 2. de iustitia num. 1. et ita, iudicium, quod descendit à iudice dicitur ipsa iustitiæ ministratio, quæ a bono, et ęquo iudice ministrari debet. †. Qua propter ille, qui eligendus est iudex, septem columbæ proprietates habere debet, quas ponit Abb. in c. vnico de sacra. vnctio. in § per frontis. nũ. 6. † Et prima proprietas est, quod caret felle, sic eodem modo et iudex carere debet, omnibus seostẽdẽs beneuolũ, et cũ misericordia iudicare, ut dicitur, in ecclesiast. c. 4. in iudicãdo esto pupillis misericors ut pater, et pro viro matri illorũ, et eris tu velut filι⁹ altissimi obediẽs, et miserebitur tui magis quã mater, et 3. Reg. c. 3. dicitur; dabis ergo seruo tuo cor docile, ut populũ tuũ iudicare possit, et discernere inter bonũ et malũ, et prou. c. 20. dicit. misericordia et veritas custodiũt regẽ,

et roboratur clementia tronus eius, et Iacobus in sua Canonica. cap. 2. dicit; iudicium enim sine misericordia, illi qui non facit misericordiam; super exaltatur misericordia in iudicio; Quod quidem, Deus Dominus noster omnipotens ostendere voluit, quando Reges oleo ungere imperauit, ut essent misericordes. †. Quia per oleum, misericordia ostenditur, et significatur, ut. 1. Reg. c. 15. quando Samuel Regem Saul vnxit super populum Israeliticũ, et etiã probatur. 3. Reg. c. 1. quando Sadoch sacerdos et Natham proph. Salomonem in regem vnxerunt. †. Et merito quidẽ Franciscus Francorum Rex in suis insigniis, et gestaminib⁹ Salamandrã super ignẽ possitã elegit, et de pinxit cum hac litera. Nutrisco, & extingo.

4

5

Quasi dicat, quod sicut ignis Salamãdram fouet, et nutrit, et alios offendit, secundum Arist. de historia animaliũ. lib. 5. c. 19. et Albert. mag. lib. 25. de animal. et Pierius in Hieroglificis. c. 16. ita Rex, bonos cum misericordia sustentare, & malos punire debet, & similiter. Rex Henricus 4. malum punicum, dulce, et acre simul, et apertũ elegit, per cuius effigiem misericordiam, et rigorẽ significare voluit, ostendens se omnibus ad iustitię administrationem patentem, et manifestum. Circa quod bene hic adducere possumus illud Paul. ad Rom. 13. cum dixit: vis autem non timere potestatem; bonũ fac, et habebis laudem ex illa, Dei enim minister est tibi in bonum: si autem malum faceris, time, non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Quasi vellit dicere: ministrum Dei gladio malos punire, et bonos laudare, et intellege, ibi; gladium tantum modo vnam habere aciem pro una parte acutã, alteram vero optussam. Per acutam, significans, rigorem; per optussam vero misericordiam. Quod etiam per apem intelligere possumus, cũ pro

vna.

vna parte mater ſit melis,et dulcedinis,pro altera vero ac-
6 culeo offendit †. Itaq; iuſtitia et miſericordia debent eſſe ſimul in iudice,nam ut dixit Cryſoſtom.in Matth.:iuſtitia ſine miſericordia,iuſtitia non eſt,ſed ſæuitia, et miſericordia ſine iuſtitia eſt ignorantia. Itaq; pænas leniores lenitate irrogabit,grauiores vero cum temperamento iudicabit, ut in auth. demand. Princip. §.deinde. verſ. talem . col.3. tx.in.l. Arrianus.ff.de act.et oblig.bonus tx in.l. reſpiciédum.ff.de pæn.et.tx.in.c.eos vero diſt. 50.et in.c. fin. de trāſact.& in.c.diſciplina,et.c.licet,et.c.vera iuſtitia, &.c. omnis,et per totam diſtinct.45.et in.c.plerūq; § illi enim 2.q.7.et in Conc.Trid.ſeſſ.13.c.1.de reformat. et de off. præ.in ſubdi.correct.†. Quia ſemper benignitas præfertur
7 rigori,ut in.c.exigunt cauſæ.1.queſt.7.et in.l.maioré ff. de pact.et in.l.placuit.C.de iud. gl. verb. humanus. in.l. Barbarius.ff. de offi.præſid.tx.cum gl. verb. melius. in. c. alligant.26.q. vlt.:ibi:nonne melius eſt ꝑpter miſericordiam rationem reddere,quam propter crudelitatem . Vbi enim pater familias largus eſt,diſpenſator non debet eſſe tenax.Quem tx.ponderat Abb.in.c.ex litteris.n.1. de probat. vbi dicit.†. Iura proniora eſſe ad abſolvendum,quam
8 ad condemnandum. De quo eſt etiam tx in.c. ponderet in fin.diſt.50.ibi:ſententiam quæ vetat miſericordiam , non ſolum tenere fratres,ſed etiam audire fugite,quia potior eſt miſericordia omnibus ſacrificiis,ut probat.tx.in . c. 1. et in.c.odio.et.in.c.non ſatis.86.diſt.et in.c . nemo peritorum.11.q.3.et in.c.2.de ſortilegi.et in.cap.ita plane circa medium.23.q.4.et in.c.fraternitas.12.q.2.et in.c. corripiantur.24.q.3.et de iure Regio eſt tx.in.l.16.tit.22.p. 3. ibi:La otra porque los iuezes deuen ſer ſiempre piadoſos y meſurados , y mas les deue plazer de quitar y de librar el demandado,que condenarlo,ô agrauiarlo.Et etiam eſt tx. in.l.3.tit.4.p. 3.ibi:y que ſean manſos y de buena palabra

a los que vinieren ante ellos a juyzio. et est. l. 18. tit. 9. p. 2. et. l. 55. tit. 5. p. 1. et. l. 1. tit. 9 lib. 3 novæ recopil. † Exéplú enim de hoc, et mirabile quidem, est: apes minimú animal, nam ut inquit. D. Isidorus. lib. 12. Ethimolog. in. c. de regibus: quando apes electus est in regem, statim à mittit acculeum. Quod etiam tenet Pierius Hierogl. c. 26. § populum. & Paris deput. in tract. sindic. § de regum, principum et ducum excessibus. n. 9. fol. 5. docentes regem vel iudicé misericordem, & beneuolum esse debere, ita ut neminem lædat, quod etiá tenet Plinius de natur. histor. et doctor Hector Pinto. 2. par. dialog. dialog. 4. causarum. c. 2. sed tamé hoc fallit, quando in delinquente non est spes correctionis, quia túc pæna legis est imponéda, ut tenet. d. gl. verb. melius in dict. c. alligant. De quo etiam est tx. in. c. est. in iusta. 23. q. 4. † Quia tunc puniens delinquentem, misericordiam facit, quia facit finé peccati, ut in. c. vlt. de pęnit. dist. vlt. in fine. ibi: qui autem impænitens moritur, si semper viueret semper peccaret, & Dei est miserétis quod operatur finé peccádi, ob hoc etiá sine fine torquebitur, quia núquá virtute ditabitur, séper plenus iniquitate, semper sine charitate torquebitur sine fine, et de hoc est etiá gl. sing verb. portat in. c. omnis qui. 45. dist. quia iudex reú puniédo, reddit bonú pro malo, ut in. c. sex differétiæ. 23. q. 3. & dicit Hieron. in Sophoniá in. c. si quis, eadé causa, et quest. bene facere, qui latroni mébra aufert, quia ex hoc cogitur a malo opere cessare, quòd intellige de latrone famosso, ut tenet gl. ibi per tx. in. l capitaliú. §. famossos. ff. de pænis, secus, si famossus nó est, quia tunc tátú secúdú culpá castigari iubetur, nec debet vitá, aut mébrú perdere, ut in auth, sed novo iure. C. de seruis fugit, et hoc est facere maximá misericordiá corá Deo, ut prob. in. c. legi, et in. c. occidit. 23. q. 8. et tenet Bal. in. l. illicitas. §. ne potétiores. ff. de off. præsid. † Nam in corrigibilitas detestabilis est, et incorrigibilis

acri-

acriter puniri debet. tx. in.c. quorundam. 34. dist. et in.c.
12 in Canonibus in fine. 16. q. 1. †. Item iudex, qui pietaté habuerit, causas carceratorũ summarie tractare debet, nam nihil illi laudabilius, quàm nimia breuitate illos audire. tx.
13 in.l. 1. et infin. ff. de cust. reorum †. Quia maximũ est tormentũ carcer, et locus horribilis maxime pauperibus, ut tenet. Bald. in. d. c. l. 1. in fin. ff. de cust. reorũ. et in.l. 1. C. qui
14 nõ possunt ad lib. perue †. Vnde. dicit gl. ver. flagellis in. l. in seruorũ. ff. de pænis; quod maior pæna est stare in vinculis; quã laborare in agro, siue in opere publico, et est etiã
15 tx. in. l. si homine in prin. ff. de posit. † Quia carcer, est quędam species seruitutis; ut in. l. 2. ff. de lib. hom. exhib. et est
16 gl. vers. la ley. in. l. 7. tit. fin. libr 3. fori. ll. †, & ideo contractus, vel promissio facta in carcere, firmitatem non habet; tanquam si in tormentis esset facta, per tx. in. l. qui in carcerem. ff. quo metus caus. Bal. in. l. unica. n. 27. C. de confes. Abb. in. c. accedens. num 3. de procurat. Ioann. de Plat. in. l. nemo carcerem. C. de exact. trib. Hypol. de mars. sing. 306. quod intellige quando contractus est in odium, vel damnum carcerati, secus si est ad suam libertaté, quia tunc bene valet, ita probat tx. in. l. metum. §. sed licet. ff. quod metus causa, et in. l. nam. et seruus. ff. de nego. gest. Bald. in Rub. C. de rescin. vendi. Bartol. in. l. qui a latronibus. ff. de testa, et in. d. l. qui in carcerem ff. quod met. caus. Fabian. de monte in tractatu de emptio. et vend. q. 3. n. 20. fol. 40. De quo vidédus est Ioan. Gutie, de iuram. confirm. 1. par, c. 57. per totum, qui amplissime hanc disputat quæstioné. et Parladorius libr. 2. rerũ quotidianar. c. fin. 5. par §. 11. n. 38. et novissime Prosperus Farinaci⁹ de carcerib⁹, et carceratis. q. 35. †Vnde licitũ erit, quod iudex prouideat, ne car-
17 cerũ custos in humaniter se habeat erga carceratos, faciatq; illis ministrari victualia. Vt in. l. iudices. C. de epis aud. alias cõtra faciétes puniri debét, ut in. li. 5. tit. 24 l 4 nouę

re-

18 recop † Itẽ diebus Paschalibus, relaxãdi sunt carcerati, nisi pro crimine atrocissimo, ut est lęsę maiestatis diuinæ, vel humanæ, vel pro alio crimine atrocissimo, in quo pæna corporalis imponẽda est. Quę delicta cõtenta sunt in.l. nemo de inceps. C. de episcop. aud. et ibi Bald, et est gl. fin. in c. possessor de regulis vir iu. 6. AEgidi' Bossius in Pract. tit de carcer. fide ius. Comen. n. 27. fol. 21. et est tx. in. l. diuus ff. de cust. reorum Hypol. de mars. in. l. vnica. C. de rapt. virg. n. 74. &. 75. et est proprius motus Sanctissimi. D. N.
19 P. Pij. 5. ubi inuenies decreta observanda in relaxatione carceratorũ. †. Et nota obiter quod primus qui carcerem in media urbe Romana ædificauit fuit Ancus, Marcius Romanorũ Rex, ut inquit Aymarius Riuallus in suo tra-
20 ctatu de hist. iur. ciui. et ponti. lib. 1. cum de uita ipsius Ancii Marcii tractat. †. Qui etiam ibi in vita lucii Tarquini Regis dicit, ipsum lucium Tarquinum vinculorum, Taurearum, fustium, compedum, catenarum, & exilii inuentorem fuisse, quamuis tempore Pharaonis regis AEgipti iam carceres, et vincula inuenta erant, quando Pharao Rex, Iosephum in carcerem tradidit propter malitiam et testimoniũ falsum ab uxore Putiphar ei impositum, ut proba. Genes. c. 39 40. &. 41. 42. & multis aliis locis sacræ paginæ.
21 & dicit Gabriel proteolus lib. 2. de calamitate nostrorum temporum octo esse in vsu pænarum genera paganis, sciliced damnum, exilium, talio, ignominia, verbera, vincula, seruitus. Quod etiam tradit Georguis Roanensis ad. §.
22 item. l. Iulia de adult. inst. de pub. iud. †. item iudex carcerem, et vincula adhibere debet, secundum qualitatem delicti, et personæ, ut in. l. 1. C. de cust. reorum. & in. l. fin. C. de acusat. quia differentia erit in custodiendo nobili, vel plebeio: vel incustodiẽdo sene vel iuuene, & vna custodia est
22 adhibenda de die, et altera de nocte † Cum carcer non ad pænam, sed ad custodiam principaliter est inuentus, & sic

qua-

qualitas eius totaliter relinquitur iudicis arbitrio, ut in l. aut dãnũ §. solét ff. de pen. ibi carcer enim ad cõtinẽdos homines, non ad puniẽdos haberi debet; et ibi. dd. cõmuniter, et est bonus tx. in l. 1. vers. interea. C. de custodia reorũ, et. l. 4. et. 6. et. 11. tit. 29. p. 7. quamuis multi iudices experti in parte pęne carcerẽ adhibent, de quo videndus est Olan. in antino. litera. c. n. 7. Cõc. Trid. ses. 25. c. 14. circa fin. Sed si ad custodiã, et pænã simul carcer inuẽt⁹ sit, vide Segur. de Aual. in direct. iud. 2. p. c. 13. â. n. 1. vsq; ad nu. 5.

23 †. Vnde infertur, quod nobilibus datur carcer distinct⁹, et separatus ab aliis hominibus popularibus, per tx. in l. 6. et 11. tit. 12. lib. 6. nouę recop. quod est intelligendũ quãdo pro crimine carcerantur in. dic. l. 11. secus si pro re ciuili.

24 †. Quia tunc nobilis non carceratur. tx. cum gl. verb. facere, in. l. miles, et ibi communiter. dd. ff. de re iudic. Bart. in. l. neque. §. deportati. ff. de milit. testam. Bald. in. l. milites. C. eodem tit. Idem Bal. in. l. 1. C. qui bon. ceder. poss. n. 21. De quo videndus est Baeça de inop. debit. c. 16. qui multa

25 adducit iura. n. 7. cum sequent. † et est notandũ quod omnia pręuillegia data et concessa nobilibus à iure, et militibus armatæ militiæ; ex quibus multa dicũtur à Bart. in. d. l. neq; et per Bald. in. d. l. miles. & Ioann. Gutierrez de iuram confirm. 1. p. c. 16. n. 6. ea etiam conceduntur militibus cœlestis militiæ, ut sunt, clerici, sacerdotes, et episcopi, et non solum eis, sed etiam doctoribus, et aduocatis, ut dicit d. gl. verb. facere in. d. l. miles, et ibi. dd. et hoc etiã probatur per tx. in. l. Sacro sanctę, et in auth. præsbyteros. C. de episcop. et cleri. & in. l. fori, & in. l. aduocati. C. de aduocatis diuer. iud. & dicit Valerius maximus li. 3. c. de fortitudine eandem laudẽ mereri fortitudinem ferro, atque

26 Castris editã. † Vnde sicut miles armatæ militiæ non pót. pro debito ciuili in carcerari, neque cogitur cedere bonis, quia habet privilegium ne conueniatur ultra quam face-

re posſit deducto ne egeat, ut in.d.l.miles in prin. ita neq; miles cæleſtis militiæ, ſecūdū Couar. lib. 2. variar. c. 1. n. 9. Baeça de inope debitore. c. 17. n. 4. et. n. 11. cum ſequentibus, vel iuſtitiæ, hoc eſt aduocatus vel doctor, qui cedere bonis non coguntur, nec poſſunt in carcerari pro debito ciuili, quia habēt priuilegiū de quo. ſup. ut per eundē Baeç. de inope debitore. c. 16. à. n. 139. tenet dicta gl. verbo facere in princ. communiter approbata per. DD. ibi. et de hoc ſecundū vnam lecturā eſt tx. in. c. Oduardus de ſolut. et ibi. Ancarr. Ioann. de Imm. Panorm. et canoniſtæ. et dicit Nicolaus Euerard in thopicis legalibus in loco, a milite armatæ militiæ fol. 330. nu. 2. verſ. dicit tamē, contra Paul. de Caſt, et Albert. de Roſa in. d. l. miles, quod in iudicando non eſt recedendū ab opinione gloſę, quia ibi communiter ſequūtur. DD. iuxta notata per Bart. in. l. fin. C. de pęn. iud. qui male iud, et per Ioann. Andr. et canoniſt. in. c. 1. & in. c. ne innitaris de cóſt, et. Vidēdus eſt etiā Raphaelus in. d. l. miles, quem ibi ſequitur Alex. qui dicit quod etiā ſi ſtatuto caueatur, quod debitor poſsit capi, reiecto omni priuilegio, tamē miles vel doctor non poterit capi, quia verba illa intelliguntur de præuilegio non clauſo in corpore iuris. iuxta notata per gl in auth. qua in Prouintia. C. ubi de cri. agi oport. &. l. 2. § legatis. ff. de iud. et per Bart. in extrauag. ad reprimendū, verb. non obſtantibus circa finem. Quod tene menti, et hanc ſentētiam tenet Angel. & Alex. in. l. 1. C. qui bonis ced. poſſ. Hypolitus de Mars. in. pract. crim. verb. expedita. n. 29. cum tribus ſeq. Roder i. Xuarez. in declaratio. l. 2. fori. lib. 3. tit. delos gouiernos. § quinto quæritur, a num. 12. uſq; ad num. 15. Pal. Rubi. in Repetitio. Rub. c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 37. num. 14. cum duobus ſequentibus. †. Et Ratio eſt quia

27 ſicut verſatur publica vtilitas in nobilibus. ut in. l. 1. in fin. ff. de teſtam. milit, ita & in aduocatis, ut tenet Hypol. de

Mars

Mars.in.l. ædictum.ff.de quęst.nu.9.et.11.Iasso.in.l.1.n.7.C de iuris,& fact.igno † Et facit etiam quia nobilitas
28 scientię præfertur nobilitati generis secu.Cinú in.l.proui dendú.C.de post.Alex.cons 94.nu.2.vol.1.Lucas de pęn. in.l.mulieres.C.de dignitat.lib.12.Montal.in.l.6.tit.9 p.2.et in.l.1.tit.21.lib 4.fori leg.verb.Fijo de algo, de quo vidédus est Azeued.in curia Pisana.li.1.c.12 n.13.& 14.
29 † Item facit ad hoc,quod sicut nobilis de iure non potest torqueri,vel suspendi,ut in.l.desertoré.§.1.& ibi gl.verb. torquentur ff.de remilit. & in.l.miles.C.de quæst.& de iure regio est tx.l 13.tit.7 lib 2.&.l.4.& 5 tit.2.lib.6.nouæ recop.ita neq; clericus,sacerdos vel episcopus,ut tenét Cinus,et.DD.in.l.nullus.C.ad legem.Iul.maiest.& per Canonist.in.c.1.de posit.quod idem est dicendum de Doctoribus,& aduocatis,secú.Cinú in.d.l.milites.C.de quæst.& prædict.glosa verb.facere.& videndus est omnino AEgidius Bosius in practic.titul.de indiciis,& cósideration,ante tortur.numer.111.fol:124.ubi multa allegat iura. Sed tamen si attrocitas delicti ex poscat,Doctor vel advocatus debet de capitari, non aũt suspendi sec: Alex. de Immola in.leg.desertorem in princip.ff.de remilit.& non valet consuetudo,vel statutũ disponens quo milites, doctores,vel decuriones posiint torqueri,ita tenét Bart. & Ioannes de Pletea in.leg.omnes.iudices, per illum tex. C.de decurion.lib.10.Roman.sing.492.milites,et Cępola cons.40.primo dubio.Aegidi⁹ Bosius ubi.S.Par,de Put.de sind.§.quid si per statutũ.nu.4 fol.199.quamuis ego iã vidi in attrocisimis,milites à quibusdã iudicibus torqueri.†
30 Ité est notandũ,ꝙ sicut nobiles nõ carcerãtur,neq;torquétur, ita neq;dom⁹ suæ habitationis,arma,et equi à creditoribus auferri possũt,ut disponitur in.l.9.tit.1.et.l.3.tit.2.lib.6 et.l.6.tit.17 l.5 novę rec.et.similiter libri aduocatorũ auferri nõ possũt,de quo est gl.sing.in.l.ne.pos proculo

12.5.

125.ff.de verborũ ſig.Petrus Iacobus in ſua pract.in libel lo de in integr. reſt.Bald.in.d.l.nepos procul.et in Rub.C qui bonis cæder.poſſ.Iaſſ.in.§.item Seruiana.inſtit.de act. n,64 cum duobus ſeq.quod quidem practicari ſæpiſsime vidi in regiis audientiis Granatenſi et Hiſpalenſi. Sed eſt notandum quod quamuis nobilis,clericus,vel aduocatus, pro debito ciuili carcerari non poſſunt , tamen ſi nobilis abſcondit bona inopiam fingens,tunc ſine dubio carcerari poterit,et privillegio nobilitatis non gaudet, quia delictum cõmittit, quod tenet et probat.lex regia.4.et.19.l. 5.recopilat.et.l.6.ſic intelligenda.tit.2.lib.6.recop.Matienço in ſtyllo cancellariæ tit.1.præeminent.19.caſu.20 declaratione.9.legis toleti.§.2.gl.1.et.gl.4,nu.4.et Baeça de inope debit.c.16.n.19 cum ſeq.quod idem dicendum erit de clerico,ſecũdũ eundẽ Baeçã ibi. n.126.vbi multos citat.dd. et de aduocatis , ut per eundem Baeçam ibi.nu. 141.et per totum capitulum

31 †.Item iudex maxima cura et diligentia,procuret ne minus potentiores et humiliores ut ſunt,pauperes pupilli,viduæ , et miſerabiles perſonæ à potentioribus opprimantur. De quo eſt tx.in.l.illicitas.§. ne potentiores,& in.§.cum pleniſsimam.ff.de off.præſid.

32 †.Nam iſtorum cauſas iudices videre debent de plano , & ſine ſtrepitu,& figura iudicii,ut in auth.de mand.princip. §.ſit tibi,ibi,vilium,et ibi Bart.&.dd.tx.cum.gl.verb. vel perſonæ,in.l.non nunquam.1.ff.de iud.et in.d.l.illicitas, §.ne tenuis,ff.de off.præſid.Abb.in.c.ſignificantibus.1. notab.et ibi Ioann.de Imm.et Felin.de off.delegat.Alex. conſ.121.col.fin.vol.1.et in Eccleſiaſt. dicitur.c.4.fili, eleemoſinã pauperis ne defraudes,& oculos tuos ne tranſuertas à paupere,animam eſurientem ne deſpexeris, et nõ exaſperes pauperem in inopia ſua, cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti, rogationem contribulati ne abiicias,et non auertas faciem tuam ab egeno,et

Iſa-

Isaias c. 1. dicit, quærite iudicium, sub venite oppresso, iudicate pupillo, deffendite viduam, et de hoc est. l. Regia. 6. tit. 6. lib. 3. nouæ recop. vers. Y si ay personas poderosas.

33 †. Vnde etiã bene infero, quod bonus, rectusq; iudex summarie, & sine figura iudicii, veritate cognita, salarium, et mercedem laboris, pauperibus soluatur, curare debet, ne solutio sit in mora. ut traddit Bart. in auth, nisi breuiores. C. de sent. ex breu. recit. quod etiam est introductum de iure diuino, secundũ illud Matth. c. 20. ibi, vocca operarios, et redde singulis mercedem suam, et est gl. in Clement. dudum. § verum de sepult & dicit Card. in Clem. fin. q 13. de præbend. quod merces præbenda est laborantibus in fine diei ante occassum Solis, & habetur Deut. c. 24. ibi nõ negabis mercedem indigentis, et pauperis fratis tui, siue aduenę, qui tecum moratur in terra, et intra portas tuas est; sed eadem die reddes ei prætium laboris sui ante Solis ocasum, quia pauper est, et ex eo sustentat animã suam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatũ. et leuit. c. 19 dicitur non morabitur opus mercenarii tui aput te usq; mane, et Tobias c. 4 etii his verbis dicit: quicumq; tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarii tui, apud te omnino nõ remaneat. Ex quibus oritur bona et iustisima practica inter iudices, tam ciuitatum, quam oppidorum; eos posse, in diebus festius de causis mercedũ, salariorũ, & operarũ, quæ famulis; et operariis debẽtur, cognoscere; quia opus pietatis est, ut refert Ludouic9 Mesia in lib. 5. lib. 7. ord. 2 fundam. 15. part. nu. 9 fol. 118. & Emanu. Roderic. in summa 1. p. c. 112. num. 3. de quo ligitima ratio est, quia vox mercedis detentæ, ad Dominum clamat. vnde versus.

¶ Clamitat ad Dominũ vox sanguinis. et so domorum
Vox oppressorũ, merces detenta laborum.

Quod etiam practicatur in causis viduarũ, orphanorũ, et

34 pauperũ, ut in l. 36. tit. 2. p. 3 †Et eſt aduertẽdũ, omnes iſtas miſerabiles perſonas poſſe ſuos aduerſarios trahere corã Principe, vel eius auditoribus, et ſuas cauſas facere ab ipſis decidi, ut in. l. 1. C. quãdo. imp. inter pupil. et vid. et ipſi trahi nõ poſſunt per aduerſarios extra ſuã prouintiã, ut in. d. l. 1. et tũc princeps, et ei⁹ auditores, decidũt cauſas facti, veritate inſpecta, ita Bart. in. l. æmilius col. fin. ff. de minor. et [illegible] p. 3, et l. 1. tit. 1. et. l. 8. tit. 3. lib. 4. nouæ recop. tx. in. c. 1. et. 2. diſt. 87. et tx. in. c. ex tenore de foro cõp. et in. c. ſignificãtibus de off. deleg. et in. l. orphano tro-
35 phos. C. de epiſc. et clericis. †. et hac de cauſa auditores regii in noſtro regno Hiſpano, de cauſis ſpiritualib⁹, et eccleſiaſticis cognoſcere poſſunt, nõ tanquã habẽtes in eis iuriſdictionẽ; quia de eis iudices laici cognoſcere nõ poſsũt, ut in. c. decernimus, et in. c. at ſi clerici de iudic. et in. c. cũ laicus de rebus eccleſi. et. c. cũ autẽ de iure patron. et. c. bene quidẽ. 96. diſt. et. c. placuit. 11. q. 1. et in auth. ſtatuimus C. de epiſc. et cleric. et. l. 4. et. 5. tit. 3. lib. 1. nouę recop. Nec etiam incidenter iudex ſęcularis de eis cognoſcere poteſt ſecũdũ Decium in. c. eccleſia ſantæ Mariæ. nu. 46. de cõſt. ſed tamen cognoſcunt de eis ad efectum tollendi vim, et vi oppreſſos liberandi, ex tx. c. filiis, et in. c. ne potibus. 16. q. 7. quod proprium regum, et eorum miniſtrorũ eſt officiũ, ut in. c. Principes, et. c. regum. 23. q. 5. Nau. in. c. cũ cõtingat. de reſcript. 1. remedio pag. 146. Cou. in practicis quæſt. c. 25. nu. 3. Ioann. Matienço in dialog. relat. 3. p. c. 40. nu. 8. fol. 162. et ita eſt intelligẽdus tx. in. l. 2, tit. 2. lib. 1. et. l. 35. 36 et. 37. et. 39. tit. 5. lib. 2. nouæ recop. De quo eſt videndus Auend. de exequend. mand. c. 1. nu. 25 et merito quidẽ hoc in Hiſpania ſeruatur, nã alias multæ a iudicibus eccleſiaſticis fierent vexationes, quæ hac cauſa et remedio nõ fiunt, circa quã. q. vidi ſexta die menſis Iulii anno dñi millesſimo quingẽteſsimo nonageſsimo ſecundo,

quod

quod in ciuitate Hispaléſi a Domino Franciſco de Carua-
jal, aſsiſtéte meritiſsimo, et rectoribus ciuitatis, diſpoſitũ
fuit, ut illa die eſſét publica ſpectacula, et taurorũ agitatio
nes, contingit tunc, quod hebdomada illa publica tum fuit
Iubileũ pleniſsimũ, cauſa cuius Archiepiſcopus Cardina-
lis Dominus Rodericus de Caſtro, illá prohibuit agitatio
né ex communicationis pæna, tam cótra mandantes, quã
contra videntes, et agitátes. quod prohibuit, motus adhoc
ut pænitentes melius et aptius gratias iubilei impetrarent:
a qua prohibitione per rectores ciuitatis appellatũ fuit, et
taurorũ agitationes (nó obſtante prohibitione) factæ fue-
runt, ſed tamen dictus archiepiſcopus cardinalis, appella-
tione nó obſtante, illos excomunicatos declarauit, et cau-
ſa inſpecta per regios auditores Hiſpalenſes fuit determi-
natum, dictum Archiepiſcopum Cardinalem illis vim fa-
cere, ex communicatoſque debere abſoluere; qua ſenten-
tia non obſtante, dictus Archiepiſcopus cardinalis, uſque
ad interdictũ contra rebelles proceſsit, et edictum publi-
cum excommunicationis coram populo voce præconis
publicauit, et præco, et alii miniſtri archiepiſcopi carcerati
et puniti fuerũt, præcipue præco qui corporaliter fuit pu
nitus. † Sed poſſumus hic dubitare, an dictus Archiepiſco
36 pus Cardinalis, potuit, dictam agitationem taurorũ, & ſpe
ctacula publica, tempore jubilli pæna excomunicationis
prohibere, cum hoc pertineat ad regimen populi, & ci-
uitatis, cuius conſenſu fiunt, & permittuntur, per tx. in.
leg. 1 et per totum titulum. C. de ſpect. lib. 10. & in l quod
maior. ff. ad municipal, & in. leg. reſtituẽdum, ibi. Nam in
uniuerſis. C. de aduoc. diuerſ. iudic. & in. l. annua. ff. de an-
nu. legat. & in leg. ſeptitia. ff. de policit. & de hoc eſt pro-
prius motus. S. D. N. D. Greg. diuina prouidétia PP. 13. ad
inſtantiam noſtri inuictiſsimi Regis Philippi ſecundi con
ceſſus: in quo etiam tauorũ agitationes permittũtur laicis,

ergo nó potuit prohibere,et quia de hoc multæ fuerũt opi niones diuersę,mea quidẽ fuit,pręfatũ archiepiscopũ Cardinalẽ iustissima causa,ratione iubilei,vel sanctissimi tem poris, illa spectacula,atq; taurorũ agitationes,pœna excomunicationis prohibere posse,et tunc rebelles, et cótrauenientes peccare,nó est dubiũ,et possunt excomunicari,ita Emanuel Roderic.in sum.1.p.1.122 nu.3.in fin. et bonus tx.c.qui die solemni de consecrat.dist.1.arguméto tx. in. c.irreligiosa de cósec.dist.3 † Et ratio est quia pænitens si perfecte vult pænitere,debet se ab spectaculis sæculi cohibere,ut in c.1.prop.finẽ vers.cohibeat.de pænit. dist. 5 & est alia ratio,quia fere semper in similibus spectaculis, mul ta solẽt peccata committi,ut dicit Bernar. Diaz de Luco in pract.crim.canoni.c.66 de pub.spectat.et Greg.Lopez in.l.57.tit 5.p.1.verb.lidiar toros. Auẽd.de exequẽd. mãd. 1.p.c.1.n.12. de quo est gl.in.c. qui venatoribus 86.dist. quã gl.intellige secũdũ Ioann.Gars.in tract.de spẽs.c. 21. nu.29 vers,taurorũ spectaculũ,quod est intelligendũ,tam cũ laicis,quã cũ clericis ut tenet Lucas de pæna in. l.1. C. de spect.lib.10.idẽ Lucas de pœna in. l.1. C. de maiuma. lib.11.sed qnod hæc spectacula,et taurorũ agitationes pro hibita sint omnino clericis,est tx.in.c.nó oportet.2.de có sec.dist.5.et in.c.si his igitur.23 dist.et in.c.pręsbiteri dist. 34.et in.c.cũ decorẽ de vit.et honest.cleric.et in auth. de lant.episc.§.fin.col.9.Cardin.in clem.ne in agro.§.porro col.2 de statu monach.et Bern.Dias de luc.ubi.S.c.66.et est tx.l.57.tit.5.et l. 34. et.36.tit.6.p.1.et. Emanuel Roderic.in suma.2.p.c.71.nu.3.et.n.4.et ita in Cóc.Trid.ses. 22.c.1.de vit.et honest.cleric.dispositũ fuit,ut quę a summis Pótificibus,et a sacris Cóciliis,de clericorũ vita, honestate,cultu, doctrinaq; retinenda, ac simul de luxu, commessationib⁹ choreis,aleis,lusib⁹,ac quibuscũq; criminib⁹, nec nó secularibus negotiis fugiẽdis copiose,ac salubriter

san

ſancita fuerunt, eadem in poſterum eiſdē pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarii imponendis, obſeruentur. Quod idem diſponit in. ſeſſ. 24. cap. 12 prope fin. ut in iuribus ſupra allegatis, et eſt bonus. tx. c. Sacerdotes. 37. diſt. et ita cōtra clericos diſpoſitū fuit in proprio motu. S D. N. D. Pii. PP. 5. et in alio eiuſdem Domini Greg. 13. Abb. in. d. c. cū decorem, nu. 1. et de hoc eſt videndus Ioann. Gars. vbi. S.

38 c. 21. nu 29 verſ. de quibus. † Sed tamen notandum erit, repræſentationes licitas, ac ſolemnitates Sanctorum, diebus Paſchalibus factas, et celebratas, et in celebratione diei corporis Chriſti, ut in aliquibus ciuitatibus, et locis fit, non prohiberi. Quia hęc laudabiles ſunt, ut tenet. gl. in. d. c. cū decorē, et ibi Abb. et ſcribentes. nu. 1. Paul. de Caſt. in l. 2. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam. Mōtalb. in. l. 54. tit. 6. p 1 et eſt tx. in. l. eos qui, et in. l. ſi qua C. de ſpectat. lib.

39 10. † Vnde rediens ad propoſitū circa vim eccleſiaſticorū iudicū, æquiſsimū eſſe iudico, cū Regū, et iudicū ſit facere iudiciū, oppreſſos, et viduas liberare de manu calūniātiū ut in. d. c. Regum. et in c. adminiſtratores 23. q 5 et in. c ab Imperatorib'. 23 q 3 et dicit Philoſo. lib 8. ethico-

40 rū Rex debet ſe habere ad ſubditos, ſicut paſtor ad oues †. Vnde infertur, quo ſi aliquis timeat offēdi ab aliquo potēte, vel magnate, poterit iudicis officiū implorare, & ab illo petere, ut præſtet ei ſecuritatē de illo nō offendēdo: & tūc iudex tenebitur illū magnatē cogere ad talē ſecuritatem præſtandam. tx. in. l. denuntiamus. C. de his qui ad Eccleſ. conf et ibi communiter. DD. Bart. in d. l. illicitas § ne potentiores. num. 1 idem Bart. in l. Sanctum ff. de rerum diuis Iaſſ. in. l. ſi ſuper poſeſſione nu 6 C de tranſ Idē Bart. in l 1 C quibus cauſis, col. cenſ. lib. 11. et etiam in. l. capitoliū § ad ſtatuas. ff. de pæn. Specul. tit. de pignor. § ſequitur videre, verſ. quid ſi timeo, et late Ant Gom c 6 de delict n 16.

41 Et nota, quo potentiores perſonæ, dicuntur illæ, quæ ma-

gis sunt præuillegiatæ, ut clerici, curiales, milites, iustitiæ ministri, de curiones, et aduocati, ut tenet Iul. Clar. in §.
42 Emphiteusim q. 22. vers. personæ autẽ. † Itẽ mulier quãdo timet offensam sibi fieri à marito, potest etiã implorare iudicis officium, et petere idoneã cautionẽ, et securitatem, de nõ offendendo, quod intellige quãdo sæuitia viri magna est, et crudelis, & si hoc non sufficit potest petere diuortium, quo ad thori separationẽ, et mutuã cohabitationem, coram iudice ecclesiastico, per tx. in c. literas in fin. de restit. spol, et ibi Abb. et communiter DD. idẽ Abb. in. c. 1.
43 de diuort. † Secus quando mulier corrigitur à marito leniter, et tẽperate quia tunc bene permititur marito suã corrigere vxorem, per tx. in. c. sicut alterius, et ibi gl. verb. iudicari. 7. q. 1. et in. c. duo ista. 23. q. 4. non autẽ crudeliter, ut verberibus, quia hoc alienũ est ab ingenuis, ut in. l. consensu. C. de repud. Abb. in c. cũ cõtingat, de for. comp nu. 20.
44 et ratio est † quia mulier est subiecta marito, ut tenet Roderic. Xuar in. l. 9. tit. delos pleitos. nu. 13. fol. 587. cum sequent. quẽ omnino vide, et Probatur per Paul. ad Ephes. c. 5. ibi mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino, quoniã vir, caput est mulieris, et in. prim. epist. Petr. c. 3. in principio. Quod etiã tenet Hieron. in epist. ad Titũ, et Aug. in. lib. quæst. in Genes, et Amb. in examer, et Rupertus. c. 3. Genes, et ibi Hugo de. S. vict. & etiã probatur, Genes. c. 3 dicit Dominus mulieri, sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui, de quo est tx. in. c. duo pueri, de desponsatione impub. et in. c. cũ caput. 33. q. 5. ꝙ est intelligendũ, quod mulier sit sub potestate viri. vt socia, et coniuncta persona
45 nõ autẽ ut serua † Et hac de causa formata fuit nõ ex capite Adæ; quia nõ debet habere potestatẽ in virũ, neq; e pedibus, ne sit serua viri, sed ex una de costis eius, quæ sunt in medio corporis, ut sit socia mariti. Quã interpretationem traddit Aug. lib. 9. Genes. et Lõbard. 2. sent. et. S. Thom.

46 in.1.p † Sed est notandú, quod dicit Bart. in §. ne potẽtiores superius adducto. nu. 4. Quod iudex debet considerare personæ qualitaté à qua hoc petitur, quia si est persona immobilia posſidens, nó opus est fideiussore. Sed tamé mihi videtur quod talis persona potens (quamuis locuples sit) talem pręstet fide iusſioné, et securitaté, quia hoc procedit ex odio et rancore inimicorũ, et nõ ex bonorũ diuitiis, et quia talis potest esse rancor, et odiũ quod bona nó stiméntur, et sic in casu dubio tutior via est eligéda, per tx. in. c. iuuenis. 3. de spons, et in c. ad audiétiã de homic. et sic ista quæstio est extendéda, vel intelligéda, etiã pro amicis eius qui petit securitaté, et etiã pro familiaribus illius contra qué petitur, ut nó illũ offendent. Videndus est Bart. ubi S. n 5. et Iaſſ. in. l. si super posessione. n. 6 C. de trãs. et est. tx l 1. verſ. Y esta se deue guardar tit. 9. lib. 8 nouæ recop. &
47 dicit Idé Bart. ubi S. nu 9. † Quod effectus securitatis, erit ad hoc, ut iudex acerius puniat delinquenté, quod probat per tx. in. l. quid ergo §. pæna grauior. ff. de his qui no. infam. ubi dicitur pęnam grauiorem ultra legem impositam
48 à iudice existimationé conseruare † Vnde obiter est notãdũ, quod si facio pacem cũ inimico meo, et promitto eum nó offendere, et postea ipse inimicus ex banitur cótra me, possum illũ sine fractione promisſionis offédere, quia post pacem factã banitus fuit, et publicus fit hostis de nouo effectus, secus quando fuit post banũ, quia tunc nó possum fidé frangere, ita Bart. in. l. qui seruum. ff. de verb. oblig. Ioann, And. in reg. frustra. Baldus Anton. & Immol. in. leg. quid ergo. §. si hæres. ff. delegat. 1. Hypol. de Mars. in repetitione rub. ff. de fide iuſſ. numer. 152. ubi de hoc multa dicit ad plenum Bart. Bald. & Angel. in. l. 1. §. non autem. ff. de dolo. Bal. in. l. 1. C. si à nó comp. iud. nu. 16. idé Bald. & Angelus in. l. iuris gentium §. si paciscar. ff. de pa ctis. Idem Baldus, et Salicet. in. leg. accusationis. C. quod

met. caus. Ancarr. in repetitione, c, Canonum statuta, vers. sed quæro de const. Thom. Gram. consi 11. nu. 1. et est. l. fin. tit. 12, p, 7, et in, l, 1, tit. 9, lib, 8, nouæ recop, quod extenditur, non solum si me offendat, sed si offendat meam vxorem, vel filios. Ita Nicol. Moronus in tractatu de fide tregua et pace, q. 134. nu. 17. et. 24. De quo etiã est antiquissimus forus ciuitatis Pacentis, patriæ meæ per Dominũ Regem Ilephonsum concessus sub tit. 10. nu. 2. dicens: quien ferir o messar vezino, oliuores fizier, sobre salua fe, peche cient marauedis, la meatad al querelloso, e la otra meatad a los Alcaldes, e a los seis, podiendoselo firmar, et salga por aleuoso de Conçejo, e si gelo non podier prouar saluese el vezino con doze vezinos, y el morador con seis morado-

49 res. † Item est notandum quod si iudex est crudelis, superbus, et seuerus, nom benepoterit suum exercere officium, nam superbis Deus resistit. Ita Iacob. c. 4 dicit. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, et in ecclesiast. cap. 10. dicitur, odibilis corã Deo est, et hominibus superbia, et iterũ ibi dicitur; quid superbis terra, et cinis; et contra iudices superbos multa congerit Parisius de Puteo in tractatu syndic. §. crudelitas officialis. fol. 94. nu. 1. et. 2. vnde ait Apost: quod iustum, et æquum est parate, scientes quod Dominum in cælo habetis, et dicit juris consultus in l. 2. §. Dominorũ. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. quod nimiam iudicum asperitas, temperanda, et corrigenda est.

50 †. Et dicit Ezech. proph. c. 22. iudices crudeles et superbi; similes sunt prædæ luporum rapacium, sanguinem pauperum fundendo, vitasq; perdendo, quæstus faciendi gratia. Isaias autem. c. 1. de talibus iudicibus inquit; Principes tui infideles, et socii furum omnes donorum cupidi, atq; nummarii; pupillis ius non reddunt, viduarum causas non admittunt. Igitur quid boni sperandũ est ab eo Principe, qui cum ipse sibi deberet a sceleribus temperare, publica crimi-

na:

na remouere,populum undiq; tueri,ne iniuriis afficiantur pauperes,ne grauentur à potētioribus,indebitis oneribus, ipse inquam sit velut fons immunditiarum omnium , veritatis cultusq; diuini manifestus hostis ,mendacii fautor, ac veræ veritatis, et iustitiæ persecutor,en inquit Aug. in sua regul. quod ille iudex qui rempub . gubernat , potius beneuolus,quã crudelis esse debet. quod etiã tenet Alex: ab Alex. lib 2.dierum genial. vnde Periandrus principes monebat,ad hoc ut secura perpetuitate gubernare possēt, quod semper amore potius,quam armis commitati essent, et dicitur Prouerb.c.11. benefacit animæ suæ vir misericors,qui autem crudelis est,etiam propinquos abiicit:qua propter non erit dubium iudices seuere procedētes iurisditione priuari,ut dicit. Bald in d.l.2 §. dominorũ.ff. qui sunt sui vel alieni.iur. quod idem tenet Francisc. Brunus in tractatu de indiciis ad tortur.nu. 17. fol.92. et Bonifacius de vitalinis in tractatu de maleficiis,in prohæmio.nu. 6.et Ant.Gom.2.thom.vari.c.2.n.51.vers.ex quo infertur,et est tx in.c.licet nonunquam dist.45. Pro inde summa diligentia curandũ est,ut ab huiusmodi crudelitatis vitio,et superbię recedatur,ne iudicibus quod Nabuchodonosor contingat,qui causa superbiæ in bouem ex homine commutatus est , atq; e regno suo profugus decedens, ut probat. Dan.c.4.ibi,et fænum ut bos comedes,et rore cæli infunderis,et transiunctiue habetur in.c.miror.17.q.4. vbi gl.verb.in bouem,exponit,idest bouinam mentem ad ducens.tx.in.c.Nabuchodonosor.23.q.4;et in. c. remittũtur.§.hin.23.quest.3. vnde infero,quod si iudex sit in aliquo dubio circa punitionem delicti,inter rigoré et misericordiam,semper misericordiã eligat. † Nã ab eo quod
51 deterius est,magis est recedēdum, ut si duo immineant pericula,vnum graue,et alterum minus graue , a grauiori periculo magis est cauendum,secũdum Aristot. lib. 5. ethic.

C 5 ibi

ibi minus malum semper est eligendum. De quo est tx. in c. duo mala, et in c. nerui. 13. dist. et in c. considera. 22. q. 1. et c. meretrices, eadem caus, et. q. et c. inter opera charitatis, de sponsál. et est tx. in c. requisiuit sic intelligendus, de 52 spons, vbi dicitur † Quod si sponsi de futuro inter se promittunt, etiam cum iuramento matrimonium de præsenti contrahere, et postea eorũ alter pæniteat, potius est monendus, quam cogendus. Quod est intelligendum quando ille qui pænitet, causam suæ pænitentiæ iustam dederit, ut causa inimicitiæ, vel similis alia, quæ arbitrio iudicis relinquitur, vt tenet gl. verb. cõpellas comuniter recepta per scribẽtes ibi. in c. ex literis. 2 de spons. et in d. c. requisiuit, et est bon⁹ tx. et ibi Greg. Lup. verb. apremiar, et verb. escusacion derecha. in l. 7. tit. 1. p. 4, et ratio est, quia ecclesia debet sustinere minus malum, scilicet quod non cogatur, ut maius euitetur, hoc est, ne spõsam sponsus taliter abhorreat, ut illam occidat, vel in perpetuo viuant adulterio vel e contia, perdictum tx. in c. duo mala, et in iuribus. S. allegatis. Abb. in d. c. ex literis. 2. n. 8. Secus si causam iustam non dederit, quia tunc potus est cogendus quã monendus, ut fidem promissam adimpleat. De quo vivẽdus est Panor. cons. 48. incip. attingam quod libet, et dicit Ioann. And. et Præposit. illum reffert in d. c. ex literis. 2. nu. 8. quod post excomunicationem, si viderit iudex sponsum esse pertinacem, et omnino excomunicationem nihil prodesse, debet eum absoluere, etiam non petentem, ne ex inuitis nuptiis vehemens prę sumatur scãdalum futurum, quia tunc, ut, S. dictum est, ecclesia debet minus malum sustinere ut maius euitetur, de quo videndus est Covar. in 4. parte. 1. c. 4. num. 5. et. 6. et. 7. qui hanc disputat quæstionem, et non obstauit dicere iuramentum interuenisse in promissione, ut in. d. c. ex literis, quia Respõdetur quod tex. in d. cap. requisiuit, loquitur etiam si iuramentum in-

ter-

teruenjat, quia ad huc minˢ malũ eligi debet, quo probatur. 1. Reg. c. 25. vbi David Rex iurauit Nabal occidere, postea autem intercessione Abigail vxoris, iuramentum reuocauit, et sanguinem Nabal non effudit, quia maior pietas fuit sanguinem illius non effundere quam iurasse, quod transiunctiue habetur. in. c. quod Dauid, et in. c. iurauit Dauid, et in. c. si aliquid, et in. c. non solum, & in. c. unusquisq; 22. q. 4. & est alia ratio † Quia sapientis est reuoccare quod male loquitur, ut in. c. magnę sapiẽtiæ, ead. caus. et. q. vnde concludo iudices crudeles, priuari debere suis officiis, misericordes vero in illa teneri reputatione, quam propter suam benignitatem, et charitatem merentur.

53

SVMMARIA
Capit. IIII.

IVdex cuiq; quod suum est tribuere debet, alias tenetur parti grauatæ. nu. 1. et. 2. et. 3. et. 8. et 9.

Voluntas iudicis pręcipitata, est nouerca iustitię. nu. 4.

Ira iustitiam Dei non operatur. nu. 5

Sententia in breui tempore lata, est ipso iure nulla. nu. 6

Stimatio in causis beneficialibus nõ cadit, nisi ratione spẽsarum. nu. 7

Iudex iudicans contra fori consuetudinem, an faciat litẽ suam. nu. 10.

Styllus ex nimia peritia procedit, quæ facit artem. nu. 11

Lex ubi de est, styllus succedit. num. 12.

Iudex contra styllum iudicans, deffendens sui magistri doctrinam, an erret, vel non, et faciat litem suam, numero. 13.

Iudex contra communẽ iudicans, ad quid teneatur. n 14.

Quæ

CAP.IIII.

Quæ a maioribus traddita sunt, non sunt mutanda. nũ. 15.
Communis opinio si non inuenitur, quid faciẽdum. n. 16.
Iudex susurrones, et adulatores audire non debet. nu. 17.
Habitatores insulæ Cretæ, iudicem cum oculis, et absque auriculis depingebant, ne omnia quæ iudices audiunt, sed quæ vident, credant. nu. 18.
Apius Claudius Romanus, quamuis cęcus, Censoris officiũ exercuit, et Rempub. miraculosse gubernauit. n. 19.
Susurrones qui dicantur, et multa deeis. nu. 20
Iudex grauiter, et moderate, cũcta inuestigare debet. n. 21.
Iudicium ferre de re non certa, graue est. nu. 22.
Inuidia quid sit. nu. 23.
Iudex à sententiis tabelionum aufugere debet. nu. 24. &, num. 25.
Contemptus nascitur ex ęquali conuersatione. nu. 26.
Iudex tenetur, delicta publica punire. nu. 27.

VT IVDEX SVVM vnicuique tribuat. Capit, IIII.

SECVNDA autẽ proprietas colũbę est, neminẽ ledere. † Quã proprietatem bonus et rectus iudex seruare debet, tribuens æqualiter quod suum est, tam diuitibus, quã pauperibus, sicut, lux quæ omnibus æqualiter illuminat. tx. in. §. 1. inst. de iustitia et iure, et in. l. iustitia. ff. eod. tit. et in Dęut. c. 25. dicitur, non habebis in saculo diuersa pondera, maius, et minus, nec erit in domo tua modius maior et minor, pondus habebis iustum et verum, et modius æqualis, et verus erit tibi; ut multo viuas tempore su

2 super terram, quã Dominus Deus tuus dederit tibi †. Alias iudex qui suum cuiq; non dederit tenebritur parti grauatæ damnum soluere tx. in. c. 1. de reiudicata lib. 6 gl. verbo remissi. in. c. cum sit generale, de for. comp. et Abb. ibi. nu. 5. ubi de hoc ad plenũ dicit, et Bald. in auth. statuimus. n. 2. C. de pisc. et cleric. verb. iuxta hoc quęro Bartol. in. l. 1. C. quomodo et quando iud. nu. 6 et. l. fin. ff. de variis et extra ord. cog. et in. q. sua incipiente: iudex per imperitiã iudicauit, vbi pleni⁹. q. 9. et est tx. in. l. 2. tit. 2. lib. 2. fori. ll. et ibi Mont, in gl. verb. Pierda lo que vuiere. vers. 4. dicens; quod de iure regio pęna posita in illa lege seruari debet, et Bald. in. l. si quando. C. de testibus. Iass. et. DD. in. l. 1. n. 6. C. quod quisq; iuris Ang. in p. inst. de off. iud. nu. 4. et. l. 23 et. 24 tit. 22. p. 3, et ibi Greg. lop. de quo quidem est nobis exemplum memoria dignum. Philippus Rex Macedonianus, qui somnii causa quendam coram eo litigantem, iniuste condemnauit, et propter suum honorem sententiã reuocare noluit, sed omne damnum propter sententiam iniustam illatum, parti grauatæ soluit, et restituit. Quod tradit Plutarch. in suis apocthem. Sed tamen hoc est intelligẽdum, si iudex dolo, vel negligentia fecerit. Ita Burgos de Paz in proęm. leg. tau. nu. 165 fol. 23. †. Secus si per imperitiam, quia tunc tenetur in quantum iudici vissum fuerit, ut in. l. 2. C. de pæn, iud qui mal. iudic. et in. c. venerabilis, de sent. excom. lib. 6. et in. l. si filius familias. 15. ff. de iudi. Cæsar contard. in repetit, leg. unicæ. C. si de moment. Pos. fuer. appel. limita. 11. aduersus iudicem. nu. 3. fol. 371. argum. tx. in. l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adult. et in. l. ita apud labeoné. §. quæstionis. ff. de in iur. Ant. Gom. 3. To. var. c. 13. nu. 6. vel quando iudex aliquem condemnauit calore iracundiæ. †. Quia tunc voluntas iudicis pręcipitata est nouerca iustitiæ, ut in clem. pastoralis §. verũ de reiudicat, et ibi Card, et Azeuedo in curia Pisana lib. 2.

3

4

c. 9.

5 c.9 nu 5. † Quia ira iustitiam Dei non operatur, ut in. c. ita
6 1. et 2. 11. q. 3 †. Et in super ex breuitate temporis. (cum iudex ira præcipitetur) non præsumitur adhibuisse causæ cognitionem integram, et debitam, et tunc sententia dicitur ipso iure nulla, secūd. Bald. in. l. pro latā infine. C. de senten. ubi pro hac veritate allegat casum in. c. tum ex literis de in integ. restit. et tx. in. l. ius alimētorū. §. sed si nō constat. ff. ubi pupil. educ. debe. de quo videndus est Hipol. de Mars. in Rub. ff. de fide iussoribus. nu. 79. ubi multa iura ad
7 ducit. † Et nota quod non habet locum hoc in causis beneficialibus, nā in eis nō cadit estimatio, nisi ratione spēsarū, punietur igitur plus vel minus arbitrio iudicis. Bald. in. d. c. dilectus nu. 8. de rescript. Cęsar cont ubi. S. nu. 18. fol.
8 373. †. Quod procedit quando sententia a iudice prolata habuit effectum, et sic fuit executioni mandata, ut in. l. fin. ff. Quod quisque iuris. Bart. in. d. q. iudex per imperitiam 2. p. in fin. quia quando non sortitur effectum, non dicitur lædere partem, nec facit litem suam ut in. d. l. fin. ff. de var.
9 et extrahord. crimin. †. Sed si iudex male iudicauit, et pars non appellauit, quia non potuit, et hac de causa sententia transiuit in rem iudicatam, dubitatur, an talis iudex teneatur parti. De qua. q. videndus est ad plenum Auiles, ubi. S. nu. 8 fol. 46. & Cæs. cōtard. ubi. S. n. 2. fol. 370. tenet quod pars contra quam est pronuntiata iniusta sententia, potest cōtra iudicé agere in sindicatu, nō obstante quod appellationi renúciauerit, et hoc nō solū tacite, scilicet nō appellando, vel appellationē deserendo, sed etiā expresse, quod dicit esse notatu dignum, adducens Bald. c. sæpe de appellat. nu. 11. & in. l. fin. §. sin autem. C. de tempore appell. et
10 alibi. †. Sed quid quando iudex aliquem condemnat, iudicans contra fori consuetudinem, faciet ne litem suam, et tenebitur ad interesse? Resp. quod iudex contra fori consuetudinem iudicans, inique agere dicitur, per tx. in. l. fin.

ff. de

ff. de testam. Bart. in auth. qui semel. num. 14. in fin. C.
11 quom. et quando iudex. †. Nam styllus ex nimia procedit peritia, quæ facit arté, ut ait Philosoph. 1. Methaph. et ibi etiam dicit: ex multis experimentis generatur ars.
12 De quo est tx. §. quæ omnia inst. de satisd. †. Et ubi de esset lex, styllus succedit, ut per Bellonissum in sua pract. in Rub.
13 de fuga reorum. nu. 29. et dixi supra c. 2. †. Et sic iudex cótra styllum iudicans, suam facit litem, maxime si styllus est notorius, quia tunc sententia est nulla; secundum Iass. in auth. iubemus. nu. 3. C. de iud. Guid. Papa. q. 292. num. 2.
14 †. Item dubitatur, errat, vel nó, iudex qui cótra communé iudicat, tenens et defendens sui magistri doctrinã? Respó. quod non, exemplo Casii iurisconsulti quem reffert Iulianus in. l. dicere. §. Caius, alias Sabinus. ff. de arb. tx. in. l. an apud. ff. de manum. vind. Hypolit, in. l. patre, vel marito. nu. 32. ff de quæst. Abb. in. c. 1. de postul. prælat. nu. 25. Auiles ubi. S. c. 1. §. y fiel. et c. 20. & 22. Sed tamé ego a communi. DD. nunquam recederem, cum tutius, et melius sit, argumento tx. in. l. vnica ibi: crebior opinio est ff. de offici. quęst. et in principio. inst. de hęred. inst. et tx in. c. nouimus de verb. sig. Ioann. And. in. c. canonum statuta, & ibi. Docto. de consti. & in capit. ne initaris eodem titul. Bart. & Ang. in. leg. fin. C. de pæn. iud. qui mal. iudic. Bald. in leg. vnica. C. de off. quæst. de quo videndus est Nicolaus Euerard. in thopi. iuris. in loco de persona ad tempus num 43. fol. 533. quod etiam adducit elegantissime Ioann. Guillen de ceruant. in Comment. ll. taur. in. l.
15 1. nu. 1. cum sequétibus vbi multa adducit iura. †. Ná minime sunt mutáda quæ a maioribus traddita sunt, ut in. l. minime ff. de legib. Bart, in. l. 2. n. 5. C. de pęn. iud. Sili. nuptial.
16 in prin. lib 5. fol 182. Auiles ubi. S. cap. 1. n. 15. †. Sed quid faciendum quãdo communis non reperitur, quia tot sunt D D. pro una parte, quot pro alia? Hoc vide per Cinum

et

et legiſtas in.l.cum de nouo.C.de legib. et Per Panormit. et Canoniſtas in.c.1.de conſt.et videndus eſt Nicol.euer. ubi.S.in loco ab auctoritate nu.16.fol.597. et Ang. poſt alios in.l.dos a patre C.ſolut.matri.itaq; iudex eligendus eſt talis,ut pertimeſcat Deum optimũ max.et amicus mi-
17 niſtrandi iuſtitiam.†.Quod quidẽ rectus iudex cuſtodiet, ſi ſuſurrones,et adulatores audire nequiuerit. Nam ſicut nautę qui quadam dexteritate ventorum impetuoſos flatus euitant,ad hoc ut nauim tempeſtatibus agitatam in columem ſeruent,ita iudices quoties delatorum, et adulatorum maledicentia,veluti ventis impetuntur,ab iis turbinibus caute ſeſe ſubducant,neceſſe eſt;ſi bonorum gubernatorum nomen adipiſci vellint,non enim quæ referũt omnibus omnia credenda ſunt, quando quidem ſæpe fit, ut aliqui,vel inuidia,vel odio,ſeditiones contra alios coram iudicibus ſeminent,facientes elephantem ex muſca, ut dicit.Prouerb.c.28. verba ſuſurronis quaſi ſimplitia, et ipſa
18 perueniunt ad intima cordis.† Qua propter inſulæ Cretæ habitatores(quæ nunc Candia appellatur)Iouem cũ oculis,et abſque auriculis de pingebant, quaſi iudices omnes monentes,ne omnia quę audiunt,ſed quæ vident credant, quod traddit Celius Rodiginius lib.6.lect.antiq.†. Quã-
19 uis Apius Cladius Romanus cum cæcus eſſet, fuit olim cenſor,et rempublicam miraculoſſe gubernauit, et multa recommendatione digna fecit, ut refert Plinius Philoſophus.†.Et eſt aduertendum quod ſunt aliqui ſuſurrones,et
20 adulatores adeo Magiſtri,qui res de quibus alios accuſſãt, coloribus veriſimilibus ita pingunt, ut vix aliter fieri potuiſſe videatur.De quo eſt tx.in.c.ſi quid vero 86: diſt.et in.c.quamuis.11.q.3.& in.c.ſiquid.15.q.7 et dicitur eccleſiaſtes.c.7 melius eſt a ſapienti corripi, quam ſtultorum adulatione Decipi,quia ſemper inimicicia contra innocentes ſuſurrare, eos mouet, vt dicit Propheta Dauid.

Pſal.

Psal 40. aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi, et dicitur in ecclesiast. c. 28. susurro et bilinguis, maledictus multos enim turbauit pacẽ habẽtes, et quãdoquidẽ susurrones odibiles sunt corã Deo, iustũ quidẽ est, etiã a iudicibus repellãtur, et dicitur etiam per Apost. ad Rom. c. 1. ibi detractores susurrones Deo odibiles, cõtumeliosos superbos, elatos, inuẽtores malorũ, et dicitur etiã Prouerb. c. 26. cũ defecerint ligna, extinguetur ignis, et susurrone subtracto, iurgia cõquiescũt. August. vero asserit, adulatores laudẽ suã, tãquã oleũ venditare stultis. Agesilaus autẽ lacedemoniorũ Rex, nõ secus addulatores quã qui nos ad necem persequerẽtur, esse vitandos existimabat. nõ enim adueritatẽ eos loqui, sed ad voluntatẽ, et ad voluptatẽ Democritus aiebat, et dicit etiã AEdius lãpridi⁹, ubi de vita Alexãdri seueri tractat, quod Imperator Alexander quendã seruum suum susurronẽ fumo suffocauit, quia omnibus publice significabat, dictũ imperatorẽ in omnibus suã ad implere volũtatẽ: et quia hoc olim vendere fumos dicebatur, eum suspendere furca imperauit, et ibi merito fumo mortuus fuit, quæ pæna tanquã iustissima, hodie multis quidẽ fumos vendentibus imponi poterat, quia isti tales, nihil aliud sunt quã deceptores reip. quibus secundũ Demostenem pęna mortis imponebatur apud Athenienses. Nolo tamẽ ex aduerso nimiũ quoque

21 incredulos eos esse, verũ in his omnia recto iudicio tẽperari, grauiter enim et moderatę, cuncta iudex inuestigare debet, et vestigata deliberet, nec enim decet ab his, quę maturo semel consilio decreta sunt, leuiter vllorum delationibus, aut persuasionibus remoueri, nam illa quæ recte cognoscuntur, per agi etiam recte possunt, nam inquit. M. Tullius lib. 1. offic. cognitionẽ, prudentiamque sequitur considerata actio, omnis autem actio vaccare debet temeritate, nec vero agere quicquam, cuius non possit probabilem

causam reddere omni iure quid sit, verum videre decet, et ratione vti; et dicit Arist. in epistola ad Alexãdrum, quod
22 agere non consultum, signũ est stultitiæ † Quantũ vero noceat, ac sit iniquum, de re nõ bene cognita ferre iudiciũ et Iudę sua de nuru Tamar, et Putipharis de Ioseph, ut gene. c. 38. et. 39. et eorum qui Iesabelis .n. Naboth causa literis acquieuerunt, ut. 3. Reg. c. 21. iniquæ sententiæ nobis indicant, et est tx. in. c. graue. 11. q. 3. et. c. habuisse. 33. dist. et in. c. iudicante. 30. q. 5. quorum malorum causa quidem, inuidia est †. Cũ inuidia nihil aliud sit, quã dolor quidam de bonorũ prosperitatibus qui torquet, siccat, afflat,
23 et ex ossat inuidentes, quasi tortor quidã ex tartareis vltoribus ad mortalium exterminia missus. Ita Arist. lib. 2. thopic. et dicitur Prouerb. c. 24. quod inuidia est ossium putredo, et inquit ibi gl. interlinearis, idest bonorũ operũ, unde inquit Archid. in. c. unum orarium. §. alias, col. 2. dist. 25. inuidia est quedã arbor cuius radix est maleuolẽtia, cuius frondes ira, et odium, cuius flores irrisio et derisio, cuius fructus æmulatio, et detractio, cuius folia liuor et pallor et quem aspicit despicit, et quem despicit interficit et corrumpit. De quo est etiam tx. in. c. simonia. 6. q. 1. et propter inuidiam Cain fratrem suum Abel occidit, ut genes. 4. et transũnctiue habetur in. c. 6. 35. dist, et hic etiam notãda sunt, quæ dicta sunt de Iacob cum Esau Genes. c. 27. cũ seq. et de Iosepho cum fratribus eius ut. Genes. c. 37. et de Saul cum Dauid ut. 1. Reg. 17. cum seq. et dicit tx. in. c. si quis semel de pænit. dis. 2. quod inuidia habet radicem in interioribus medullis reconditã, vnde non est peius malũ, quam Christianos suis proximis inuidere, et proba. per tx. in. c. sunt. §. verum hac. 6. q. 1. in fin. et dicitur etiã in leuit. c. 19. non eris criminator, neque susurro in populis, nõ stabis contra sanguinem proximi tui, et ratio est quæ exponitur Prouerb. c. 21. ubi susurro conquinabit animã suã
et

et in omnibus odiatur ; et qui per manserit odiossus erit.

24 †Qua propter à sententiis Tabellionũ, et eorũ cautelis aufugere debet (quia cum domestici sint) facile iudices suos fallunt, ut bene notat Ant. Gom. in, l. 2. taur. nu. 3. fol. 6.

25 †. Nam quidem sunt multi iudices, qui tabellionũ consilia sequuntur, et illa sequentes vendũt, (ut ego iam vidi) iustũ iudicium, quod reffert Gund. Suar. de Paz in sua pract. in. pr. n. 22. fol. 1. et quod peius est, quod sibi ipsis damnũ portant, quia malũ et damnũ contra proximos inquirunt, et sunt similes apibus, quæ contra hominẽ iratæ, eum offendunt acculeo, et oblitæ sui damni, vitæ suæ dant finem, et ita similiter tabelliones, in offensione proximi, sibi damnũ acquirunt, quod quidẽ est male vti officio suo, ut in. c. cum ab homine de vit. et honest. clericorũ, et in. c. nõ licet. 11. q. 3. quod procedit ex nimia familiaritate quam cũ eis ha-

26 bent.† Nam ex ęquali cõuersatione nascitur cõtẽptus dignitatis, ut in. l. obseruandũ. ff. de officio præs. et. tx. in cap. quando 86. dist. Abb. in. c. dilectus. nu. 2. de pęn. et est. l. 8 tit. 4. p. 3. et. l. 49. tit. 5 p. 1. quasi ad finem, et ibi Greg. lup. et tx. in. l. 17. tit. 22. p. 1. vnde illud vulgare: nimia familiaritas parit contemptum. Sed dicit Azo. illud procedere inter fatuos, non tamen inter prudentes, ita gl. in. d. c. quando. Oderint ergo iudices hæc monstra adulatorũ, ne eos ad necem suis fictionibus, et consiliis pernitiosis ducant, ut dicitur in Eccles. c. 37. qui sophistice loquitur, odibilis est, in omni re defraudabitur; non est enim illi data à Domino Gratia, omni enim Sapientia defraudatus est. Sint q; vigiles in iustitiæ administratione, ita quod nũquam ad superiorem perueniat culpa delinquentium, quia

27 hoc præsumitur de negligẽtia inferioris. †. qui habet delicta punire, et iustitiam ministrare, ut in. c. peruenit. 18. distintione Innocẽt. in. c. sicut de acusat. Luc. de pæn. in. leg. quoties. C. de lucro aduocatorũ libro duodecimo.

SVMMARIA

Capit, V,

IVdex benignus et pius subditos tempore caristiæ nutrire debet, quærens illis victum bono et moderato pretio. nu. 1

Titulus in Valentiniani Imperatoris monetis appositus num. 2

Pondera, et mensuras iudex visitare tenetur quia hoc ad reipublicæ gubernationem pertinet. nu. 3.

Iudex euitare debet ne officiales triticum depositum in publicis horreis, in suam conuertant vtilitatem. numer. 4.

Caristia crescit, ex in ordinata administratione. nu. 5

Triticum, et frumentum publicum non debet minui nec in alios vssus conuerti, et pretium quod de eo fit debet scribi in publicũ librum. nu. 6.

Iudex horrea publica personaliter inspicere debet, ne ex pluuia corrumpantur publica frumenta. nu. 7. et. 8.

Horrea publica quomodo conseruentur, disponitur per legem regiam. nu. 9.

Frumenta publica temporibus fertilitatis, vicinis etiam inuitis possunt vendi. nu. 10.

Inuentor Panis quis, nu. 11.

Vendere quis inuitus suam rem an compellatur, cum falẽtiis, numero 12. 13. 14. 15.

Gabella an debeatur quando quis compellitur inuitus vendere. nu. 16.

Alienatio necessaria excussat, vbi voluntaria non excusaret. num. 17.

Deus, pauperum præcationes audit, in fauoré suas necessi tates prouidentis. nu. 18.

VT IVDEX PRO curet ne victualia popu lo defficiant.

Capit. v,

TERTIA proprietas columbæ est, quod alienos pullos nutrit, quod quidem est pietati, et benignitati tribuendum, et applicandum † Ita et rectus iudex benignitatem et
1 pietatem habere debet in subditos, illosq; nutrire, maxime necessitatis temporibus, secundum illud genes. c 41. vbi Ioseph Iacob filius, fertilitatis téporibus expositos, et horrea tritici constituit, maximamq; frumenti quantitatem congregauit, et seruauit, ad hoc ut tempore necessitatis Aegipti terra non cósumeretur, quod quidem bonus iudex maxima vigilantia facere debet, quærens illis victum, bono iusto ac moderato pretio, arg. tx. in c. 1. de emp. & vendit. & ibi Abb. et. l. prætia rerum ff. ad legem fal. et. l. 1. §. cura carnis ff. de off præ. vrb. gl. Bart. et DD. in. l. 1. C de episcop aud Covarr. lib. 3. variar. c. 14. Didac. Per. in. l. 2. tit. 23. lib. 2. ord. †. Et hac de causa tem-
2 pore Valentiniani imperatoris anno Domini 367. in suis monetis puer manu per iudicem appræhensus depingebatur, cum quoddam titulo in suo circulo dicente.

Reparatio Reipublicae.

¶ Quæ effigies pietatem, et charitatem quam iudices erga subditos, maxime pauperes, habere debent, significabat, Cum iudices depositos, et humiles exaltare

debeant, ne a potentioribus vexentur, ut dixi cap. 3. Et hęc dicebatur olim reipublicæ reparatio. Vnde bene gubernatoribus Platonem dixisse infero, cum subditorũ cõ-
3 modum, et reip. vtilitatem inspicere cõsuluit. †. Ad cuius conseruationem, maximam debet curam adhibere circa rectitudinẽ ponderum, et mensurarũ, quia ad bonam, et rectã reip. gubernationem hoc pertinet, ut in tit. 13. et. 14. lib. 5. nouæ recop. de quo vidẽdus est Ant, Gom 2. Thom. var. tit. de empt. & vend. nu. 51. vers. secundus casus. †. Item
4 attendere debet, ne triticum depositũ in publicis horreis, aliquis officialis (vt fere semper contingit) in suã propriã conuertat vtilitatem, secundũ tx. in. l. nulli. C. de cond. in pub. horreis lib. 10. et l. si quis in fin. C. ad l. iul. de vi pub. et priuat. &. l. 1. et. 2. C. de frum. urb. const. †. Vbi dicitur:
5 quod ex in ordinata administratione, crescit caristia. †. Et
6 hac de causa frumentum seruari debet, et non minui, nec in alios vsus conuerti: et prætium quod de eo fit, debet scribi, in publicum librum sub pæna contenta in. d. l. 2 C. de frum. vrb. const. et est tx. in. d. l. 2. §. 2. 3. et. 4. ff. de administ. rer. et in. l. neminem. C. de canone frumen. vrb. Rom: lib. 10. †. Et insuper, per se ipsos debent inspicere horrea
7 publica, et domos, ne expluuia corrumpantur publica frumenta tx. in. l. cum ad quem libet. C. de condi. in pub hor-
8 re. l. b. 10. et in. l. si in aliquem. ff. de off. pro cons. †. Item est notandum, quod quando euenit aliquo casu fortuitu frumenta sic exposita corrumpi, tunc bonus aduertat iudex, ne fructibus nouis tangat, donec antiqui, et corrupti consumãtur, vel fructus corrupti commisceãtur cũ incorruptis, quia tũc licitũ est, talẽ facere comixtionẽ propter publicã vtilitatẽ, et ad hoc de putabitur officialis sufficiens, ut hæc omnia ad impleãtur. tx. expressus in. l. 1. C. de cõd. in
9 publi. horr. lib. 10. et ibi Bart. et. DD. communiter. †. Sed quomodo talia horrea publica cõseruẽtur, de iure regio est

quæ-

quædã pragmatica data a nr̃o inuictissimo Rege Philippo 2. decima quinta die mẽsis Maii anno Dñi milesimo quin gẽtissimo octogessimo quarto, quę nũc in noua recop. est l.9. tit. 5. lib 7. Sed dubitatur hic si tãta esset frumẽti abundãtia, quod reip. cõueniat, granũ publicũ vẽdere, ne corrũ
10 patur, in quiro, quid faciendum. †. Et. Res. quod tũ potest omnibus vicinis etiam inuitis vẽdi, et vicini tenẽtur emere, neq; aliquis excusatur, licet eis necessariũ nõ sit, quia sic pertinet ad utilitatẽ publicã, ita Bart. in. l. vnica. n. 2. C. ut nemini liceat. in emp. se excus. lib. 10. et ita fuit practicatũ in ciuitate Hispalẽsi Comite de Orgaz Gubernante anno Dñi milles. quingẽtes. octoges. quinto, nã illo anno senat' ille intelligẽs quod esset caristia, quia pluuia nõ erat annis præteritis, emit maximã tritici quãtitatẽ Siciliani, et postea Dñs noster sua misericordia immẽsa nobis annũ fertilissimũ dedit, et omne triticũ Siciliæ vẽdidit vicinis, quamuis inuitis, iusto ac moderato prętio, quod idẽ fecit anno. 1592 gubernãte prudẽtiss. Dño Frãcisco de Caruajal, cuius locũ tenens ibi ego fui, et quia sic, hoc ad propositũ offertur. †.
11 notabis secũdũ Verosum quod Osius et Isis eius vxor panis fuerũt inuẽtores, ipsi enim in omni terra AEgipti, ordinẽ seminãdi triticũ docuerũt, vt dicit Doctor. Per Anto-
12 nius Beuther in tractatu Chronicæ valẽtinę. c. 8 9. et. 10. † Ex quibus omnibus supradictis, offertur dubiũ: an iudex poterit aliquem compellere ut suam rẽ inuitũ vendat. Et Resp. quod quamuis nemo invit' cõpellitur vẽdere suam propriã rẽ, et hæc sit reg. et cõclusio generalis, per tx. in. l. neq; emere C. de iure de lib. et ibi gl. ordi. et. DD. cõmuniter, et tx. in. l. fin ff. eod. et in. l. inuitũ. C. eod, et in. l. inuitus C. locati, et in. l. neq; ab initio. C. de nuptiis, et in. l. nõ enim ff rerũ amotar. et in. l. possessores. C. de fund. pac. lib. 11. et
13 utrobiq; cõmuniter. DD et. l. 3. tit. 5. p. 5. † Hoc tamẽ fallit fauore publicæ vtilitatis, vel religionis, quia tũc potest,

quis cogi iusto et æquo prætio vẽdere, ut in. l. si loc⁹. vers. fin ff. quemadmo. serui. ami. et ibi gl ord. Bart. et Paul, et est tx. in. l. si quis sepulchrũ ff. de relig. et sũp. funer. et ibi cõmuniter. DD, et ita tempore caristię, iudex ratione publicæ utilitatis, poterit compellere ad vendendum frumentum, vel alia victualia, pro certo et iusto prætio. tx. in. l. cura carnis supra allegat. et ibi cõmuniter. DD. Rob. maran. de ord. iudic. 6. p. n. 181. fol. 347. et Montal. in. l. 3. tit. 5. p. 5. vers. et circa hanc materiã, et vidẽdus est. tx. in. l. 21. tit. 11. lib. 5. recop. et videndus est fra. Ema. Roder. in summa 2. p. c. 80. n. 1. Panorm. in c. si quis de furt. Syluest. in Sum. verbo elemosina. q. vlt. †. Alii casus sunt in quibus quis compellitur inuitus vẽdere, quos ponit Ant. Gom. 2. tho. var. c 2. de empt. et vend. nu. 51. Fabian. de monte in tractat. de empt. et vẽd. nu. 38. 39. et. 40. fol. 51. †. Et ultra eos casus alium inuenies, quando vnus ex Dominis manu mittit seruum cõmunẽ, tũc seruus efficitur liber, et socius cõseruatur indemnis dato sibi prætio suæ partis. tx. expressus. §. fin. inst. de donat. & l. 3. tit. 5. p. 5. et. l. 2. tit. 22. p 4. †. Et est etiam notandum, quo quando quis cõpellitur inuitus vendere, non tenetur gabellam soluere, ut bene notat Ioann. Parlad. in suo lib. rerum. quotid. c. 3. nu. 26. dicens, quod necessitas a vectigalis munere excusationẽ pręstat, adducens tx. in. l. cæsar, alias interdũ. 16. §. si propter necessitatem, ff. de publi. & vecti. & Bart. in. l 1. C. de naufrag. lib. 11. †. Quia necessaria alienatio excussat, ubi volũtaria non excussaret. ut in. l. cum fidei commissum. ff. de fidei com. lib. et ibi gl. itaq; bonus et rectus iudex hæc omnia prædicta obseruare debet, ne pauperes, viduę, ac peregrini, laboribus, et fame grauentur, quod etiam cõmẽdat. l. 18. & 19. tit. 12. lib. 1. nouæ recop †. Nam cũ tales, suis necessitatibus prouissum esse cognouerint, pro eorũ salute præces offerant Deo, quod quidẽ ipse Deus horũ paupe-

rũ

rũ præcationibus aurẽ facilẽ prębere ſoleat, id quod etiam Plinius Iunior (licet ethnicus) nõ ignoraſſe videtur, cũ inquit, pauperibus educandis una ratio eſt bonus iudex.

SVMMARIA

Capit, VI,

IVdex timere debet ne partibus coram eo litigãtibus offendat. nu. 1.

Iudex quis nõ bene appellatur; ſi in eo iuſtitia nõ eſt, n. 2.

Iudex ſemper in ſuo debet perſiſtere officio, et de illo non defficere, niſi de licentia principis, nu. 3.

Iudex ad ſui officii negotia in primis, et poſtea ad propria occurrere debet. nu. 4,

Iudex concordiam, et pacem ciuium intendere debet, quietumq; ſtatum regni, quia maximũ eſt bonũ ciuitatibus amicitia, ſeditiones autẽ maximum ſupplicium. nu. 5.

Iudex iraſci non debet. nu 6.

Irę finis, eſt principium pænitentiæ. nu 7.

Romani iudices faſciculum virgarum aligatum ſecũ portabant, et ad quid. nu. 8.

Iudex in decidẽdo nõ debet eſſe ſubit' ira. Neq̃ remiſſ'. 9.

Anch ora quid ſignificet, et Delphin. nu. 10.

Iudex nec capitoſus, nec pertinax eſſe debet. nu. 11.

Iudex mature conſiderare debet, quæ facienda ſunt, pręueniens ſe, cũ cõſilio peritorũ, quãdo ſolus nõ ſufficit. n. 12.

Conſilium bonũ accipiens, errare non poterit. nu. 13.

Conſilium ſecrete aſſumendum eſt. nu. 14,

Conſilium mutare ſuo tempore, ſapientis eſt. nu. 15.

Hominum eſt errare, diabolicum perſeuerare. nu. 16

Sentencia breuiter prolata, eſt ipſo iure nulla. nu. 17.

Iudex afabilis et humanus eſſe debet. nu 18.

Iudex malis hominib', et delinquẽtibus ſuã repub purgare debet. n. 19.

Iudex in leuib⁹ iniuriis de officio procedere nõ põt. n. 20.

Iudex de suo officio tenetur subditorũ delicta publica punire. nu. 21.

Iudex lusores, et aleatores, et eos recipientes punire debet. nu. 22.

Mala multa ex ludo proueniunt, et quãdo competit actio repetendi quod in ludo amittitur. nu. 23.

Ludus introductus causa virtutis exercendæ, regulariter non est prohibitus. nu. 24

Repetitio inter ludentes datur in ludo prohibito, et inter inspicientes. nu. 25.

Taxillorũ vsus antiquissim⁹ est, et quis eorũ inuẽtor. n. 26

Lusorum receptatoribus non auditur de damno illis infecto, quamuis sit de adulterio. nu. 27.

Honor et vita æquiparantur. nu. 28.

Pœna legis, à iudice alterari non potest. nu. 29.

Repræsentantes in publicis spectaculis an audiantur de damno illis infecto. nu. 30.

Iudex grauatus criminibus iudicare non debet. nu. 31.

Iudex caste, ac honeste viuere debet. nu. 32.

Mores boni plusquam diuitiæ operantur. nu. 33.

Iustitia esse nõ potest ubi nõ est sana fides, vel charitas. 34.

Delictum à quo iudice debeat puniri, et quomodo remmissio fieri debeat. nu. 35.

Iudex lites lenitate, et breuitate expedire debet, ne litigantes sua bona consumant. nu. 36.

Iudex in minimis causis sine figura iudicii, et sine scriptis procedere debet. nu. 37.

Aedificia Pub. iudex restaurare, et reędificare tenetur. n. 38

Opus nouum inquoare non potest iudex, sine Principis licentia, et quibus expensis. nu. 39.

Collecta per vicinos cuiuscumq; ciuitatis fieri non potest vltra tria millia morapetinorum nu. 40.

Cle-

Clerici, et personæ præuilegiatæ an sint exemptæ a simili contributione. nu 41.
Pena iudicis ædificia publica non reędificantis. nu 42.
Terminos territorii, et iurisdictionis iudex visitare tenetur, et quib⁹ sũptib⁹, quod dicẽdũ erit de rectorib⁹. n. 43.
Iudex debet prudenter procedere. nu 44.
Populus qui iudice sapiente caret est in magno periculo. nu. 45.

IVDEX NE ALIquid mali in suo officio operetur, timere debet,

Cap, VI,

QVarta proprietas colũbæ est, gemitũ pro cãtu habere, ut probatur in. c. aduersitas. §. hinc idẽ in Psal. 54. 7. q. 1. et in. c. remmissionẽ in principio. 1 q. 1. † Quodqui dẽ etiã in recto iudice, sic est faciẽdũ, nã sẽper gemitus eius erit timor; ne partibus corã eo litigãtibus offendat; vel aliquid mali in suo officio operetur, ne forte in clinet se ad dexterã, vel ad sinistrã, cũ recte iudicare conueniat, ut probat tx. in. c. iudicet. 3. q 7. et c. iudicantẽ. 30. q. vltim. et. c. qualiter et quãdo. 1. de accusat. tx. cũ gl. vers. melius. in. l. vbi. C. ad leg. corn. de fals. et. c. quo ad cõsultationẽ de re iudic † Quia merito quidẽ non poterit iudex appellari si in eo iustitia nõ est, secũdũ illud Sap. c. 1. ibi: diligite iustitiã qui iudicatis terrã, et Isai. c. 56. ibi: hęc dicit Dominus; custodite iudiciũ et facite iustitiã, quia iusta est salus ut ea ut veniat, et iustitia mea ut reueletur, et dicit Arist. lib. 2. Topic. iniustitiã facere, idem est quod sponte nocere Deo, de quo est tx. in. c. 1. 22. q. 2. & est gl. 2. in. l. 2. tit. 2. lib. 2. for. ll. et in tantũ hoc procedit, et est verum, quod dicit Auil. in. c. pręt. c. 2. num. 4. fol 83. quod quidam paganus

iudex iustissimus fuit in iustitiæ administratione, gemitusq; eius erat, nemine lædere, iste tamen mortuus fuit in sua infidelitate, et nihilominus præseruatum fuit per longissimum tempus a condemnatione infernali, fodiens autem quidam agricola in agro suo, ad faciendum puteum, vel aliquid aliud, quandam audiuit vocem dicentem, percute leniter, neme offendas, quo interrogante quis esset, respõdit se gentilem fuisse, et iudicem, et propter suam iustitiam a Deo præseruatum quo usq; baptismum reciperet, rogans eum, ut pro episcopo mitteret, vel iret ut baptismum illi conferret, quo facto subito incinerem dissolueretur; caluaria aũt. eius integra erat, et lingua in ea viuens, recens, & loquens; quibus omnibus peractis, et coram ipso clero, et populo, baptismo suscepto in cinerem est resolutus, et ad gloriam anima eius sine dubio transiit. Bonum et iustum est ergo rectum facere iudicium, et partibus iustitiã ęqualiter seruare. 3 †. persistens semper iudex in suo officio, et nõ de illo defficere, nisi de licẽtia principis, ad hoc ut semper ad partes grauatas succurrere possit. tx. in. l. nullus. C. de offic. recto. proui. & DD. in. l. Si quis de curio. C. de decurio. lib. 10. et est tx. in. l. 6. et. 7. tit. 5. lib. 3. nouæ recopil.
4 †. Et ratio est, quia bonus et rectus iudex imprimis ad officii sui negocia, postea vero ad propria occurrere debet, ut nos admonet Christus Repemptor noster (cuius actio, debet esse nostra instructio) qui cum officium suum, et eius aduentus in hunc mundum esset genus humanum redimere, atq; saluare, voluit imprimis ad suum officium redimendi, quam ad suum particulare occurrere, quando in cruce locutus fuit in primis cum bono latrone, eum redimẽdo, et dicens: hodie mecũ eris in paradiso, et etiã cũ ad Deum Patrem omnipotentem in fauorem Iudeorum dixit: Pater ignosce illis, nõ enim sc unt quid faciunt, ut probatur luc. c. 23. postea aũt dixit matri suæ sanctissimæ, mulier, ecce filius

filius tuus, et Ioanni, ecce mater tua, ut proba. Ioann. c. 19.

5 † Item bonus iudex, concordiam et pacē ciuium: quietūq; statū regni intendat, ut dicit Isai. c. 32. ibi: et erit corpus iu stitiæ, pax, et cultus iustitiæ silentium, et securitas usq; in sempiternum, et sedebit populus meus in pulchritudine pa cis, et in tabernaculis fiducię, et in requie opulenta. et Psal. 75. dicitur: notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomē eius, et factus est in pace locus eius, et habitatio eius in Syō. et dicit Arist. lib. 2. Polit. quod maximū bonū ciuitatis, est amicitia, et ibidē dicit: melius est ciuitatem regi a viro optimo, quam lege optima, quia ex iustitia vir bonus quis ap pellatur, et ideo dicitur bonus et iustus, quia omnis impro bitas ab eo videtur exclussa, ut in. c. cum renuntiatur. 32. q. 1. et ratio est, quam ipsemet Arist. ponit ibidem dicens: quod sine iustitia impossibile est habitari ciuitatem, et di cit Titelma. in Psal. 71. vers. 7. litera. c. fol. 146. iustitiā, esse vere pacis radicem. vnde iustitiam dicebat August. esse ci uitatis animam, sicut enim cum anima à corpore separa tur, corpus ipsum marcescit et corrumpitur, ac non subsi stit, sic corruit ciuitas ipsa à qua ab est iustitia, et sic maxi mum est bonum ciuitatibus amicitia, et pax: sæditiones au tē, maximū supplicium. Pulchre hoc tetigit Luc. de pæn. in l. 1. vers. pacis. q. 5. C. de publ. leti. lib. 12. et. l. congruit in principio. ff. de offic. præs. et in aut. demand. princip. §. 1. in fin. vers. de inde conueniens est, et tx. in. l. 16 tit. 4. p. 3. et dicit Arist. lib. 4. moral. c. 4. nos vero principem illū val de commendandū esse dicimus, qui non erit quo tēpore, quo loco, quibus personis, quantum vnicuiq; delicto iras cendum erit, sic in quam, ut semper iræ præcipiti moderās

6 ratio dominetur. † Vnde ad hoc cōseruandū perspicuum est iudicem irasci non debere, ut in. c. illa præpositorum. 11.

7 q. 3. cū duobus sequēt. E dicit Seneca in Prouerbiis, quod iræ finis, est principium penitēticie, et dicitur in c. forus in

fin.

fin. de verbor.sig. nullum cum scelerato homine commercium habere potest, et Athenodorus Philosophus consuluit Cæsari, ad hoc ut iram reprimere posset, ut videlicet iratus nihil diceret prius aut faceret, quam, quatuor et viginti greci alphabeti litteras mente percurrisset, et oblitus non sum vidisse adhuc propositum quoddam prouerbium sic dicens.

¶No te alteres,
de quanto vieres y oyeres,
procurate reportar,
que asi vendras a acertar,
en todo quanto quisieres.

ET dicit Plutarchus in lib. Problematũ da spacium, tenuemq; moram, male cuncta ministrat impetus. †. Romani etiam iudices fasciculum virgarum alligatum, secũ portabant, et quãdo aliquid impetu terminare volebant, illum in primis soluebant, ut interim cogitarent quid facerent, et dicam de hoc infra. c. 16, et B. Greg. in Matth. c. 2. et lib. 5. Moral. inquit, iram, omnino lucem intelligẽtiæ tollere, et Virg. lib. 2. æneid. fol. 140. iram, et furorẽ sẽsum præcipitare. †. Itaque iudex indecidendo non debet esse subitus ira, ut in. l. 2. et ibi. DD. C. de offic. rect. pro. et dicit. Bias philos. (ut reffert Laertius) nihil peius esse ad deliberãdũ, ira, et quia in iudicando iudex remissus esse non debet, sed velox, et tali modo procedere debet, quod velocitas rationis habenas; et consilii, secum in manu portet, ut deliberatio causæ mature fiat, iustitiæ autem executio velociter, unde venit illud antiquisimũ famossumq; prouerbiũ, propera leniter. Quod. etiã significare voluit Imperator Titus Vespasianus, magni Vespasiani filius, cũ in suis trophæis et insigniis velocisimũ delphinẽ super anchorã inuo

8

9

10 uolutũ imponere iussit, † per anchorã, significãs morã; pro
perantiã vero per Delphiné, ut traddit Pierius in suis Hie
roglificis lib. 45. in. §. maturãdũ, et Arist de velocitate Del
phinis dicit, maximã habere velocitaté, quod idem tenet
Opianus lib. 2. de nat. piscium, et Plin. lib. 19. de natur. hist.
11 †. Item iudex capitossus nec pertinax esse non debet, ut di
12 cit Alexãd. in l. cũ de filio ff. delegat. 1. n. 22. †. Quod susti
nere poterit si imprimis mature considerauerit quæ facié-
da sunt, præueniens se, cum consilio peritorum, quando ip
se solus non sufficit, nam certe sine consilio nihil est facié
dum, et post factum non pænitebit, ut in Ecclesiast. c. 32.
ibi: vir consilii non disperdet intelligentiam, fili sine con
silio nihil facias, et post factum non pœnitebis, et dicit Sa-
lustius; priusquam incipias, consulto, et postquam consu-
leris mature facto, opus est, et dicit etiam Salomon; palpe-
bræ tuæ præcedant gressus tuos; quasi dicat, id est consilia
actus tuos præueniant, et idem disponitur in proæmio.
13 tit. 21. p. 3. †. Et bonum consilium assumens errare non
poterit, ut. 3. Reg. c. 12. vbi Roboã senũ cõsiliũ de reli quit
et iuuenũ admisit, quod etiã probatur Paralip. 2. c. 10. †.
14 Quod consiliũ secrete assumendũ erit, et hac de causa Ro
mani téplum consilii subterra ædificauerunt, dicentes om
nia cõsiliorũ mature, et secrete fieri debere; postea vero ea
15 velociter exequi †. Et fere semper omnes fatentur, sapien-
tis esse mutare cõsiliũ, certis téporibus, ad hoc ut pertinax
non dicatur, de quo est gl. sing. in. l. nonunquã ff. de colat.
16 bon. † Quia hominũ est errare, et diabolicũ perseuerare, ut
dicit Cic. 2. Philipicorũ, et dicit August. in epist. 201 perti
17 natiã nunquã hominé corrigi consentire. †. Vnde infertur
sententiã breuiter pro latã, nullã esse ipso iure, cũ multi iu
dices mane processũ admittũt, vespere auté ferũt sentétiã,
quod reprehédit multis ad hoc citatis autoribus Hypoli.
18 de mars. in Rub. de fideiussorib⁹. n. 79. †. Itaq; iudici nimis

con

conuenit, pacifice diuq; gubernare, et feruidam atq; impetuossam diuitare iram, affabilem, et gratiosam humanitaté sequi, sic enim populi et longam illi præcabuntur vitam,
19 et libenter erunt in omnibus obsequentes. †. Item purgare debet suam prouintiam malis hominibus, et delinquentibus, ut dicitur, in. c. Rex. 23. q. 5. et in. l. congruit. ff. de off. præsid. et in. l. 2. ff. eod. et in. l. nam salutem. §. penult. ff. de off. præf. vigil, et in. l. 16. tit. 4. p. 3. et in. l. 14. tit. 9. lib 3. nouę recop. et l. 9. tit. 1 lib. 8. recop. et. l. 20. et 36. tit. 6. lib. 3.
20 eiusdé libri. †. quod limitatur in leuib9 iniuriis, quia in eis iudex de officio procedere nó pót. ut in. l. 4. tit. 10. lib. 8. et lib. 18. tit. 9. lib. 3. nouæ recop. et contra faciens, potius talis iudex pestis reip. dicitur secúdú, D. Gregor. in expo-
21 sitione. Psalm. lætabitur iustus. †. Quia ex suo officio tenetur subditorum delicta publica punire, et quos in correctos dimittit, videtur occidere. tx. in. c. Ephesis dist. 4. et ex eo punitur, non solum ęternaliter in alio sęculo, sed etiam in hoc téporaliter, ut in. c. infirmitas de pænit. et remiss.
22 †. Et pręcipue conuenit nimis rempublicam purgare aleatoribus, et lussoribus publicis, et eos recipientibus, et receptantibus, in quorum hospitiis multa mala fiút, et sic oportet illos accriter punire pænis à legibus Regiis statutis, ut probatur per totú titulú. 7. lib. 8. nouę recop. et. l. 21. tit 6 lib. 3. et. l. 15. tit. 26. lib. 8. nouæ recop. et. l. 13. 14. et. 15. in
23 dict. tit. 7. lib 8. nouiter adiectas. †. quia ut notorium est, ex ludo multa mala proueniút, ut bene notat Auil. in. c. præt. c. 29. verbo juegos. nu. 1. et. 2. et host. in suma, tit. de excessib. præl. nu. 5. ponit. 17. crimina quæ ex ludo oriuntur et. D. Antonin. 2. p. tit. 1. c. 23. §. 6. ponit. 21 crimina, secúdum puncta taxillorum, quod est intelligendú in ludibus prohibitis, et qui nó fiunt causa virtutis exercédæ. ut proba. in. l. 2. et 3. ff. de aleator, quod etiam sétit gl. in. l. Si rem
24 §. si quis. spósiones. ff. de pręscript ver, verb, victori. †. Quę

dicit

dicit: quod ita demum sponsio debet valere, quando ludus sit licitus, quia magis solatii causa, quam lucri concipitur.
25 S. Thom. 2.2. q. 168. ar. 2. et tunc nota † quod sicut interludentes in ludo prohibito competit repetitio eius quod datur, et promittitur in ludo, ut in dicto § si quis, et in. l. fin. ff. de aleator, et in. l. 1, C. eod. tit, et est. l. 1. et. 2. et. 3, tit 7. lib. 8 quod tenet frater Emanuel Roderic. in sum. 1. p. c 189 nu. 1. ita etiam extenditur, et competit inter inspiciẽtes ludũ, quando sunt spondẽtes in causa illius ludi, quod probatur in. d. l. 1. quia inspicientes, ludentes possunt dici suo modo, eo quod sponsiones faciunt super fortunã ipsorũ principaliter ludentiũ, de quo videndus est Petrus Santerna in tractatu de assecuratione, et spõsione mercat. nu.
26 25 et, 31 † Et nota hic obiter quod vsus taxillorũ, antiquissimus est, vt in auth. allearũ vsus. C. de relig. et sump. fun. et dicit Plato in Phædro, quendam Deum antiquum Teuth nomine fuisse illorũ authorẽ, et Euseb. de præparat, Euang. dicit quod Mercurius dictus est ab Alexandrinis Thoth, et à Phænitiis Thauth. ꝙ videtur approbare Lucanus, cũ dicit, quod Galii taxillorũ Mercuriũ Theutates
27 voccabant † Et non immerito quando talibus receptatoribus, aliquid mali efficitur, de eo nõ auditur, quãdo quidẽ ipsi in suam domũ voluntarie damnum portant, secundũ tx. in. l. 1 ff. de aleator, et est bonus tx. l. 6. tit. 14. p. 7. cuius verba sunt: tahures ẽ truhanes ẽ alcaguetes, acogẽdo algũ home en su casa, como en manera de tahureria porq̃ jugassen, ẽ si estos atales aluergando, o morando por tal razon como esta, en aq̃l lugar, furtassen alguna cosa q̃ le fiziessen algũ tuerto, o mal o deshonra aq̃l q̃ los acogio, deuelo çufrir ẽ non se lo puedẽ demandar, nin son tenudos los tahures de recebir pena ninguna por ello. Guillen. Ceruant. in. l. 10. taur. nu. 92. quod idem puto, si cõtra eos adulterii crimen commitatur, quia adulteros accusare nõ poterũt, per

d.l.1.ff.de aleator,et per.d.l.6.ibi,o le fizieren algun tuerto,o mal,o deshōra,et ibi:alcaguetes,quod verbū lenocinium significat,ut in.l.auxilium §.indelictis.ff.de minor, et l.1.tit.22.p.7.vers.la quarta,et non obstabit dicere,quod in d.l.6.fallit,quando dictus receptator, vel leno occiditur;quia tunc poterit peti;et sic eodem modo in honore,

28 hoc est in adulterio † Cum honor et vita æquiparentur, ut in.l.iusta causa ff.de manū.vindict.et gl.in.§. suspectus autē,verbo ob culp, inst. de suspect. tutori, quia respond.

29 quod hic est casus expræssus legis †Et quando pœna posita est per legem expressa,a iudice alterari non potest,tx.in c.si quem pænituerit.2.q.3.et in.l.1.§.nam siquidē.ff. ad Turpi.et ibi gl et.dd.communiter Avil.in.c. pretor.c.1. nu.5.et sic de adulterio accussare non poterunt † Quod

30 extenditur etiam contra arenarios,et representātes in publicis spectaculis causa quæstus,qui fere semper secū uxores suas inter alios adducūt diuersis vestibus ornatas ad illum effectum,quia cum eis militat eadem ratio legis, et se cum damnum sua culpa trahunt, ut sibi debeat imputari; per tx.in.c.damnum de reg.iur.lib.6 et in.d.l.6.part. ibi: truhanes,et ibi:esto es porque es muy gran culpa de aquel que a tales homes recibe en su casa asabiendas,ca todo home deue asmar,que los tahures y los vellacos,vsando la tahureria,por fuerça conuiene que sean ladrones y homes de mala vida,y porende si le furtaren algo, o le fizieren otro daño suya es la culpa de aquel que a cópañia conellos qui secundū Paulū Castre.in.l.1.nu 9.ff.de his qui not.infam.

32 infames reputantur † Et hac ratione scilicet, quod iudex tenetur Rēpublicā malis hominibus purgare,oportet talē iudicē,omnibus vitiis,et criminibus carere,quia si grauatus est criminibus,iudicare nó debet,ut in.c.in grauibus.3. q.7 et in.c.qui sane,et in.c.iudicet ead.causa et.q. Specul. in tit.de iudic.delegato.§.excipi.vers.item qui est criminos.

nosus. Vnde ad agium, qui alios carpit, labe carere debet. 32 et Guillen. Ceruant in l. 2 taur. nu. 4. † Et sic iudices caste, ac honeste viuere debent, quia positi sunt tanquã signum 33 ad sagittas, ut in. c. qualiter, et quãdo 2. de accusat. †. Et ad hoc est notandum bonos mores, plusquam diuitię operari, ut in, l. scire. §. cũ reliquis. ff. de tuto, et curat. datis ab his, et. l. si quis stipulatus in fin. ff. de verbor. oblig, et tx. c. 34 ubi sana. 24. q. 1. ubi dicitur † Quod ubi sana fides nõ est, iustitia esse non potest, quia iustus ex fide viuit, et ubi charitas non est, non potest esse iustitia tx. in. c. omnes. § ex 35 his. 28. q. 1. et in. c. in mandatis. dist. 43 † Sed inquiro, iam quod bono iudici congruit prouinciam suam malis homini nibus purgare, ut. S. dictum est, si forte delictum fuit commissum in alio territorio, et in suo delinquentem appręhẽdit, poterit ne ibi illum punire, an tenetur illum remittere ad locum ubi delictum fuit commissum? et. R. quod tenetur reum remittere ad locum ubi delictum commisit, ad hoc ut puniatur à suo iudice, et non debet illum ibi punire, quia propter delictum, territorium iudicis, et eius respublica offenditur, ergo ad ipsum est fiẽda remissio, ut cęteri ad reum punitum intuentes, se abstineant à delictis, ut in auth. ut iudices, sine quo, sufra. § Si quis aũt, vers. ipse vbi in iustitiã fecerit, illic quoq; pænas subeat, et est tx. in. l. capi oliũ § famosos ff. de pænis. tex. in auth. ut omnes obedi. iudic § hæc considerantes, vers. ut vnusquisq; & in lege, si cui. §. idem Imperator, et in lege fin. de accussationi. Gloss. in. cap. fin. de foro. comp. &. lege. 15. titul. 1. par. 7 cum suis fallentiis, et per totum titulũ. 16. lib. 8. nouæ Recopilation, et practica, quę in hoc seruatur, est mittere litteras de præcatorias cum sufficienti probatione delicti ad iudicem, qui eum cæpit, et petere eum remittat ad locum ubi delicuit, et tunc si remittere eum noluerit, ad ire ad superiorem, ut illum cõpellat ad

 ta-

talem remiſsionem faciendam, de quo videndus eſt Alex in l. a diuo Pio § ſententiã. ff. de reiud. Angel. in l. hæres ab ſens § 1. ff. de iudi, et videdus eſt omnino Hyppol. de Marſ. in l. vnica, C. de rap. virg. a nu. 123. cũ tribus ſeq. † Item li

36 tes lenitate et breuitate, iudex expedire debet, ne partes di uexentur litibus, in illiſq; bona ſua cõſumant, ut in auth. demand. Princip. § ſit tibi, et in auth. ut difert. iud § 1. itaq; eam curã litibus adhibere debent; quã cauſæ, litiſq; neceſsitudo expoſtulauerit. tx. cũ. gl. in. c. ad aures de ætate, et qualitate, notat Anton. in c. tua nos de homic, et eſt notandũ, quod non tenetur exactiſsimã curam adhibere, ſed moderatã, et neceſſariã, iuxta text. in, d. l. ſi bene collocatæ ff. de vſur. De quo eſt vidend. Andr. de Iſner. in. c. vnico de controuerſ. inter domin. et empt. infin † Præcipue quãdo

37 cauſa eſt minimæ quantitatis, quia tunc procedendũ erit ſine ſcriptis, et figura iudicii, veritate inſpecta, per tx. in. l. 19. tit. 9. lib. 3. Recop. et. l. 4. tit. 2. p. 3. et eſt tx. in. c. ſi quis cũ clerico. 11. q. 1. et gl. in. c. 1. de libel. oblat. verb. libellũ, et eſt. l. 5. tit. 8. lib. 2. nouæ Recop. et eſt gl. verb. ſine verbo in Clement. ſæpe de verb. ſig. et tx. in auth demand. Princip. col. 3. §. ſit tibi, et ibi gl. verbo viliũ † Item boni et re

38 cti iudicis eſt, reſtaurare, et reædificare publica ædificia diruta ſumptu publico, ne deformibus ruinis intercidiſſe dicantur, vt in. l. ſi in aliquã. 7. ff. de officio pro conſ. et. l. intra. C. de operibus pub. et. l. 20. tit. 32. p. 3. et, l. 15, et, 24, tit 6. lib. 3. nouę Recop. ut fecerũt Tarquinus Priſcus, et Seruius Tullius Romanorũ Reges, qui urbem Romanã foſsis et muro lapideo circundederunt, ut dicit Aymarus Riualus de hiſtoria iuris ciuilis in vita Tarquini, et ſerui Iulii.

39 †. Sed tamen nouum opus in choare. non poteſt ſine Principis licentia, ut in. d. leg. intra, et in. leg. opus, et in leg. penultima et vltima. ff. de operibus public. et in. d. leg. regia. 20. quod tamen faciendum erit de reddi-

tibus

tibus ciuitatis vel populi ad hoc deputatis: quibus nõ suf
40 ficientibus. †. collecta per habitatores de licẽtia Prnicipis, et non aliter indicari potest, si talis collecta vltra tria millia mora petinorum excedat, quia si non excedit, licentia non requiritur, ut in. l. 1. tit. 6. lib. 7. et in. l. 25. tit. 6. lib. 3. nouæ recop. quod intellige collectã fieri tãtum de bonis, quę sunt in loco habitationis, secus si extra, quia de eis nõ debetur, nisi in loco ubi sunt, secũdũ gl. penult. et ibi Bart. nu. 4. l. rescripto. §. ultimo. ff. de mun. et hono. Guillel. Ceruant. in. l. 6. Taur. nu. 96. et. 112 † à qua non sunt, neque
41 clerici immunes, neque alii cuius vis præuillegii, ut prob. in. d. l. pen. in fin, ff. de oper. pub. et in. d. l. ad portus. C. eod tit. et in. l. ad structionem. C. de Sacro sanct. eccles. &. in. l. ad rem. C. de aquæ duct. lib. 10. et in. d. l. 20. part. vers. Y desto no se pueda escusar, et. l. 54. tit 6. p. 1. et. l. 11. tit 3 lib 1. nouæ recop. & Auil. amplissime in. cc. præto. c. 23. nu. 1 cum seq. in gl. verb. den orden fol. 213. etiã si protestetur se re illa communi, seu publica non vsurum, secũdũ Specu lato. tit. de censib. § 1. vers. sed porro vicini. Ioann. Gars. de spens. c. 19. nu 13. de quo ad plenum videndue est Ludo vicus Molina, de iust. et iure in tract. 2. disputa. 31. per to tam, et Azeued. in. l. 11. tit. 3. lib. 1. nouæ recop. nu. 5. 6. et.
42 7. †. Et si talis iudex neglexerit reparare domos publicas, vel alia ædificia publica, punitur pæna quinquaginta librarum auri, et conuertuntur in commoditates operis publici, quod reparare neglexerit, ut traddit. d. Auil. ubi. S. c. 8. gl. verb. dineros. nu. 3. fol. 142. †. Item iudex tenetur ter-
43 minos sui territorii, et iurisdictionis visitare, ut in. l 6. tit. 5. et lib. 6. tit. 6. lib. 3. nouę recop. Sed quibus sũptibus hoc debet fieri, vide eundẽ Auil. ubi. S. c. 6 gl. verb. salario nu. 1. fol. 137. et Ludoui. Mexia in. l. 5. ordin. fund. 9. 2. p. n. 7. fol. 81. quod et rectores ciuitatis facere tenentur gratis, ut traddit Baeça in tractatu de decima tutori pręstanda. c. 1.

nu. 30. quamuis de consuetudine contrarium practicatur, quia sumptu ciuitatis hoc faciunt, et etiam tenetur ad implere omnes leges regias contentas in tit. 6. lib. 3. nouę Re
44. cop. ad quas, breuitatis causa, me remitto † Itaq; pro resolutione, oportet prudentem et iustum iudicem scire, quæ erga Deum et homines agere, atq; dicere debeat, et sapientia duce, negotia recte, atq; iuste procedant, facere. Vt Sol oculorum, sic sapientia est lumen cordis humani, si lux iudicis non est vitiata caligine falsarum opinionum, malarumq; cupiditatum, si mentis oculos non aliò dirigit aciē, quam aduerum scopum, quic quid agitur in Rep. gratum Deo est, inquit enim Chrysost. homil. 21. super Matth. c. 7 quid enim prodest auratis militibus refulgere, cū ducitur Rex captiuus ignorantiæ, quod lumen est ornatæ pictæq; nauis, cum ipsius mergitur gubernator; quæ nam est illa bene compositi corporis pulchritudo, cū facies oculos amittit? sic eodem modo, et iudici non sat est intellectus naturalis tantum, luce populum regere, nisi socium habeat supernæ sapientiæ lumen. Quando lucerna extinguitur, quādo gubernator mergitur, quando dux ipse capitur, quę tādem subditis super erit spes salutis quod si sal insulsus esse cæperit, quid superest unde saliatur insipidus populus.
45 †. Profecto talis populus magno impericulo versatur, qui à iudice veræ sapiētiæ lumine carēte regitur: dicitur enim Prouerb. c. 1. audiens sapiens, sapientior erit, et intelligens, gubernacula possidebit, et Propheta Dauid. Psal. 2. et nūc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terrā, seruite Domino in timore, et exultate ei cum tremore, appræhendite disciplinam ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via iusta iudex; itaq; lumen huiusmodi sapientiæ diligēter inquirat, atq; habere studeat, ne pariter se, suosque populos in perniciosum aliquem errorem inducat.

SVMMARIA Cap, Vii,

IVdex sapiens esse debet, et experientiam habere adiudicandum nu. 1.
Littere Hębraicæ quot sint, et de littera. L. n. 2.
Littera, Lamech. hębraica, quid significat. nu. 3
Iudex lites dirimere scire debet. num. 4
Iudex secundum acta et probata iudicare debet. nu. 5.
Iudex quando vnum oculis vidit, et contrarium est in processu probatum, quid erit faciendum ab eo. nu 6
Condemnare innocentem, in humanum est. nu. 7.
Nocenté dimittere, melius est, quã innocenté punire. n. 8
Iudex quando testis esse potest. nu. 9.
Iudex errore ductus, credens bene iudicare, et tamen iudicat male, an tenebitur in foro conscientię. nu. 10.
Medicus non excusatur a pæna propter ignorantiá. n. 11.
Aduocatus debet suum clientulum deffendere pro viribus suis, aliàs peccat, et tenetur. nu 12
Iudex ignarus, tenetur sequi Sapientis consilium, et assessorem assummere, expensis partium. 13. et 14
Iudex esse potest qui neq; legere, neq; scribere sciat. nu 15

VT IVDEX SCIENciam, et experientiam habeat, adiudicandum.

Capit. vii,

QVINTA columbæ proprietas est, quod iuxta fluuiũ moratur, quod scientiã significat, ut per Abb. in. d. c. 1, §. per frõtis nu. 6. de sacra vntione. † 1 Ita et bonus iudex sciẽtiã ad suos subditos gubernandos habere debet

et fluat in illo, ad hoc ut bonum à malo distinguere sciat, et æquum ab iniquo, ut in auth. de iudi. § 1. concl. 6. cuius meminit gl. in c. sciscitat⁹ de rescript. et in c. ex litteris in fin. de consang. & affin. et in l. 2. §. fuit ante cum seq. ff. de orig. iur. et in Deut. c. 1. dicit Moyses ad populum; date ex vobis viros sapientes, et gnaros, et quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, ut ponam eos vobis Principes et in ecclesi. c. 10. dicitur in principio, iudex sapiens iudicabit populum suum, et Paul. ad eph. c. 4. inquit, et ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophætas, alios verò Euangelistas alios aūt pastores et DD. &c. et ibi Hieron. idem. Paul. ad Titum. c. 1. et ad Timoth c. 3. † E nota

2 obiter hic, quod litterę Hębraice sunt viginti et tres, et littera hæc Lamed est duodecima: itaque posita est in medio litterarū alphabeti, et ea sola collū in altum leuat, tanquā aliarum regina. † significatque hoc nomen Lamed,

3 Hæbraice, docere, quasi dicat, quod sicut hæc littera Lamed posita est in medio alphabeti, et eius significatio est, docere, ita iudex in medio tanquam in loco nobiliori, apponi debet, et etiam ostenditur, iudicem sapientem esse debere, quia in eo scientia requiritur, cum sit nimis in eo necessaria, vnde dixit Dauit Psal. 2. reges eos in virga, et tanquam vas figuli confringes eos, et nunc reges intelligite; erudimini, qui iudicatis terrā, et Oseas Propheta. c. 4. dicit, quia tu scientiam repulisti, repellāte ne sacerdotio fungaris mihi, et Plato lib 12. de leg. dicit, eos qui veri custodes, seu iudices futuri sunt, oportet veritatem legum intelligere †. quod nimis conuenit ad hoc, ut sciant dirimere li

4 tes, quod boni rectiq; iudicis est, ut in l. qu dam existimauerunt. ff. si certum pet. et in l. properandum. C. de iudi, et l. 2. tit. 4. p. 3. quod tali modo fieri debet, vt nulla sit exceptio personarum, ut in. d. c. 1. Deuteron. ibi: audite illos, et quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus,

nulla

nulla erit distantia personarum. Et est tx. in. c. nouit ille de iudi, et tx. c. 2. 4 q. 4. gl verbo; eadem sit conditio, in c 2.
5 de mutuis peti. † Iudicans et decidens causas, secundũ acta et probata, non aũt suo sensu, et sentẽtia, et ita Philosoph⁹. 2. polit. dicit: melius est iudicare secũdum leges, et litteras, quam ex propria sententia vel scientia, et est tx in. l illicitas § veritas. ff. de officio præsid, et ibi Bart. Luc. de pæn. in l. quicunq; C. de tabull. et scriniis. lib. 10. Felinus c. pastoralis § quoniam col. fin. de officio delegat. tx. in. c. 2. de of
6 ficio ord. Abb. in. c. 1. nu 8. eod. tit. †. Sed pone casũ, quod iudex vidit Petrum, Ioannem occidisse, et in causa vel processu, sequuta Inquisitione probatũ est, Martinum, illum Ioannem interfecisse, nõ autem Petrum, inquiro, an iudex in tali casu, teneatur iudicare secundum allegata et probata, an secundũ facti veritatem? et Resp. communẽ opinionẽ omnium doctorũ esse, quod iudex, si delictũ bene probatũ est, probationibus luce meridiana clarioribus, et omni exceptione maioribus, quibus constet, quod dictus Martinus Ioannem interfecit, tenetur tunc secundum allegata et probata iudicare, et prefatum Martinum innocentem condemnare, quamuis ipsemet iudex contrariũ vidit, hoc est, Petrum illum interfecisse. Hanc sententiam tenet Couarr. multis ad hoc citatis authorib⁹ lib. 1 var. c. 1. post. n. 6. Immol. in Clemen. pastoralis § quia vero, nu. 49. de officio delegat. Bona cosa in suo repertorio, cõmu. opin. crim. 1. p. verb. iudex. col. 3 fol. 99. Soto de Iusticia, et iure. lib 5 q. 4 ar. 2 Bart. in. d. l. illicitas § veritas ff. de officio præs.
7 Abb. in. c. ad nostram 3, de iure iur. n. 5 † Sed tamẽ quamuis hæc communis opinio sit, tutius erit, quod talis iudex talem non faciat condemnationem, quia in humanũ erit innocentem cõdemnare, ut in c. cum inter de except.
8 et in. c. nouit ille de iud. et c. 2 4. q. 4 †. Et quia melius est nocentem dimittere, quam innocentem punire tx. in. l. ab

ſentem ff. de pæn. vnde iudex ſapiens aliquibus poterit vti remediis, ut eſt cauſas ſuſpendere, nouaſq; admittere In formationes, veritatem veſtigando, quanuis partis querel la, vel denuntiatio non interueniat. † Aut poterit iudex adire ſuperiorem cũ cauſæ relatione, et tunc iudex poterit eſſe teſtis de illo quod vidit in defectũ probationis. Ita gl. verb. vnius in. c. cum à nobis. 28. diſt. tx. cum gl. verb. unicũ in. c. dilecto diſt 40, et tunc ſuperior poterit veritatem inquirere, ut veritas detegatur, vel aliis poterit vti remediis, quibus in ſimilib⁹ iudex tenetur vti, ut ſibi melius videatur, ut de hoc nobis Daniel propheta exemplũ oſtẽdit in. c. 13. quando teſtimonia ſenium eſſe falſa in Suſannam detexit, hanc tenet opin, et eam laudo, Iul. Clar. § fin q. 8. n. 5. et. q. 66. nu. 2. et videndus eſt Ioſeph. de Angles in lib. florum Theol q. de reſtit. in integrum. pag. 242. et S. Thom. 2 2. q. 64 art. 6. ad. 3. et Iaſſo, qui large hanc queſtioné tractat, multaq; adducit iura. §. ſi minus nu. 5. inſt. de actio †. Vnde dubitatur, quod iudex qui credit bene iudicare, et tamen male iudicat ductus errore iuris, teneatur in foro cõſciẽtiæ parti læſæ? Sed tamé ad hoc. R. cũ diſtinctione, quod aut iudex ex neceſsitate aſſumpſit ſibi officiũ iudicãdi, vel ex volũtate, de partiũ cõſeſu, et tũc non tenetur, niſi tãtũ de dolo, ut in. l. 1. ff. ſi mẽs. falſ. mo. dix, et hãc diſtinct. tenet Cinus in auth. hodie. C. de iud. aut eſt iudex non de volũtate partiũ, et tũc tenetur, nec excuſatur per ignorãtiã iuris, quia dixit ſe peritũ acceptãdo officiũ iudicãdi, de quo vidẽdus eſt Guillel. Ceruan, in. l. 2. taur. à nu. 7 † Sicut medicus qui nõ excuſatur propter ignorãtiam, ita Paul. Caſt. in. d. auth. hodie nu. 2. et Caietanus in ſũma, verbo iuſtitia, loquẽs de iudice projiciẽte aliqué de poſſeſsione iuris errore, et idẽ ibidẽ in p. iudicis peccata, et Mercado de cõtractib⁹ li. 4. ca. 18. fol. 242. Guill. Ceruat in. l. 2 Tau. n. 21. et eſt tx. in. l. 6. tit. 8. p. 7. et lib. 1. tit. 16. lib. 4. fori leg

et

et tx. in l. quã actione § procul⁹ ff. ad leg. Aq cũ § seq̃ti. Innoc. c. tua nos de homic. quod notandũ est etiã pro iudicib⁹ arbitris, et arbitratoribus, qui de partiũ cõsensu assumuntur, et male iudicãt, nã faciunt litem suã, maxime si cũ dolo faciant, et ita intelligitur tx. in. l. si quis in cõscribendo. C. de pactis † quæ ratio etiã eodem modo in aduocato

12 militare debet, quia aduocati debẽt clientulũ suum pro viribus suis deffendere tx. in. c. religiossum, et ibi gl. verb. nõ omni 87. dist. et Greg. Lop. in prohęmio tit. 6. p. 3. et communiter. dd. in. c. per tuas qui fil. sint legit. Abb. in. c. sicut nobis col. 3. de reiudic. Ioann. de Deo, in tractatu cautelarũ caut. 7. fol. 283. nu. 9. alias, si cũ ita non deffendit, potest dici plusquã latro, secũdũ Ioann. de Deo ubi. S. et est notãdũ quod si talis aduocatus propter suã negligẽtiã, causam iustã sui cliẽtuli amittit, peccat mortaliter arg. tx. in. l. idẽ iuris § 1. ff. ad leg. Aquil. et tenetur cũ duplo ad interesse, ut in. l. 6. tit. 16. lib. 12. nouæ recop. quod verũ est, quando talis aduocatus se iactabat peritum, cum non esset, et clyentulus suam ignorabat imperitiam, secus si eam agnoscebat, nam tunc aduocatus nõ tenetur nisi ex dolo et lata culpa. Ita Innoc. in. c. sicut dignum de homic. Syluest. in summa verb. aduocat⁹. q. 24. Nau. in. c. 15. nu. 29. et ita est intelli

13 gẽdus tx. in. d. l. 6. tit. 16. lib. 2. nouæ recop. † Vnde infertur quod iudex ignarus, et sciẽtiã requisitã nõ habẽs, tenetur sequi sapiẽtis cõsiliũ, ut. S. dixi. c. 6. quod etiã tenet Bald. in l. certi iuris. C. de iudic, et Cataldin⁹ in tractat. synd. n. 157 tomo. 14. tractatuum. Angl. de Perusio in tract. synd. nu 8. tom. 18. tractatuum, fol. 14. et potest poni exẽplũ in iudicibus villarũ qui Alcaldes ordinarios, appellãtur, qui cũ fere sẽper iudices eligãtur, et periti nõ sint, iudicãt cõsilio litteratorũ, et tũc isti tales de cõsilio iuris periti iudicãtes, excusãtur, et nõ tenẽtur, si illos iurisperitos eligãt, et prudẽtes nõ aũt imperitos, quia nõ excusãtur, ita Alberic. in l. illicitas. §

sicu

Iudex qui munus iudicandi indigne suscepit, mortaliter peccare non dubitatur. nu. 28,

Munera quantum minima sint, iudex nõ recipiet, quia potius per corruptionẽ, et non per charitatẽ dantur. n. 29

Iudex a paruo munere quod in cõmestibilibus consistit, non videtur corrumpi. nu. 30.

VT IVDEX MANUS MUNDAS HABEAT, & MUNERA NON RECIPIAT.

Cap, viii

1 SExta columbę proprietas est, quod puro grano vescitur. †. Ita et bonus iudex, suo proprio salario tantum debet vesci, non autem donationibus et muneribus, ut in. c. 1. prætorum ibi: y no pediran ni lleuaran mas salario &c, quod caput nunc est. l. 8. tit 6. lib. 3. nouę recop. & est. l. 47. tit. 14 p. 5 Paris, de put. in tract. synd. § Comissarii officiales in tra. fol. 195. idem Paris. in. § potestas. nu. 1 fol 61. et nu. 2. et. 3. et tx. in. l. 1. C. de const. iud. vel cor. qui. et est tx, in. c. 4. et in. c. quicumq; et in. c. quis recte, et in. c. pauper. 2. q. 3 debetq; iudex nimia vigilantia inspicere doctrinam tx in. c. 1. de reiud. lib. 6. quem omnino vide, et cõtrarium faciens, tenetur pæna furti, et incurrit pænam ut septena restituat, ut in. l. 1. et ibi gl. verb. accipit. ff. ad leg. Iul. rep. et. l eadẽ. § fin. eod. tit. et. l. 2. C de officio præs. Afric.

2 †. Præterea iudex manus puras et mundas habere debet, ut 1. Reg. c. 12. ibi loquimini de me corã Domino, et coram Christo eius, vtrũ bouẽ cuiusquã tulerim, aut asinũ si quẽ quã

quā calūniatus sum, si oppræsi aliqué, si de manu cuiusquā munus accepi, et cótemnā illú, hodie restituamq; vobis, et in Eccles. c. 46. ibi, et ante tépus finis vitæ suę, et sæculi, testimoniū præbuit in cóspectu Domini et Christi, pecunias et usq; ad calceamenta ab omni carne nó accepit, et nó accusauit illú homo, et est tx. in auth. iusiurādū quod pręst,
3 col. 2. vers. juro quoq; † Quod ita seruandú est, quod etiā a dantibus sponte, ultra sibi debita, nó debet reccipere sub dicta pæna. tx. in l. tam collatores § aut auté. C. de remilit lib. 12. Iass. in l. si quis inconscribendo nu. 15. C. de pactis Mont. in glos. ord. regal. in. par. tabelliones, et Paris. de put
4 vbi. S † Et ratio est, quia præsumitur quod illud datur, et recipitur, ut faciat non facienda, vel omittat illa quę sunt facienda, quod est peruertere veritaté, et Christū traddere et vendere tx. in. c. quis recte. 2. q. 3. Robert. Mar. in specul. aduoc. 3. p. nu. 65, et. 67. fol. 54. † Quia Christis dicitur
5 ipsa veritas, ut in. c. in quadā de celeb. mis. et in. c. abiit; et in. c. pauper. 11. q. 3. et illud Marc. 26. ego sum via, veritas et vita, et Ioann. c. 14. quod extenditur etiam si iudex peniteat, et receptú restituat, quia in tali casu punitur affectus licet non sequatur effectus, de quo est bonus et elegans tx. in. l. et generaliter. §. si igitur. ff. de calúniatoribus, et. l. 1. §. item senatus consulto. ff. de postuland. et ibi gl. verb. siue non, cum iuribus ibi allegatis, quod tenet, et laudat, Ludo
6 uic. Roman. in suis singul. sing. 328. fol. 2. † Vnde infertur quod testis, qui pro pecunia deponit falsum testimonium, dicitur vendere Christum pro prætio, sicut fecit nefandus ille Iudas, ex quo védit veritaté, quę est ipse Christus, et sic testis falsum deponés pro prætio, committit idé scelus quod Iudas commisit, Christum vendédo, et committit crimé falsi. ut. l. 1. § 2 ff. ad l. corn. de fals. et ibi Bart. et est. l. 1. tit. 7. p. 7. ibi: otro si lo faze el q̄ recibe &c. dicit Iul. Clar. in pract. crim. §. fin, ques. 59. num. 4. et. quest. 97.

nu

nu. 7. iudices non debere executionem capitalis sententiæ differre, timore alicuius muneris, et dicit Arist. lib. 1. Rethor, quod amor, odium, et proprium comodum faciunt sæpe iudicem non cognoscere verum, de quo est vidẽdus Rox. in singul. sing. 106. fol. 79. quod quidem adeo verũ est, quod sunt iudices qui ex leonibus agni conuersi sunt.

7 † Nam sicut leo capite cooperto furorem amittit, et ut agnus redditur lenis, secundum Plin. de nat. hist. lib. 8. c. 16. ita et aliqui iudices propter sum proprium commodũ, vel odium, excęcantur, et dicitur. Deut. c. 16. quod munera excæcant oculos sapientium, et mutant verba iustorũ, quod dictũ reffert Ang. et Iass. post eum in. l. nõ dubiũ in. prin. C. de testã. et Paris. de put. de synd. §. osculẽta verb. cõsiliarii n. 2. fol. 194. et dicit tx. in. c. quæ recte. 11. q. 3.

8 †. Quod acceptio munerũ, præuaricatio veritatis est, dequo est tx. notabilis in. c. pauper. 11. q. 3. vers. cito violatur Hyp. de mars. sing. 353. incip. datio pecuniæ, et Dauid Psal. 14. dicit; et munera super innocentẽ nõ accepit, et quãdo iudex aliquid recipit, Barateriam sic voccatam comittit, tx. cum gl. l. 1. verbo accepit ff. ad l. Iul. repet. et in. l. eadem § fin. eod, tit. et Paris. deput. in tract. synd § barateriæ nu. 8. fol 64

9 † Quod etiam extenditur ut neq; mutuo accipere possit, secundũ Bald. in. l. 1. C. de calum. Paris. de Put. ubi. S. §. an si tempore sententiæ nu. 1. fol. 93. idem Bald. in. l. si quis C. si cert. peta. de quo videndus est omnino Thom. Grat. cons. 35. a nu. 1. usq; ad. 17.

10 † Et nota hic obiter, quod qui primus vsus fuit subornatione inter Athenienses, fuit Anitus filius Anthemii; vt dicit Cornel. Tacitus lib. 3. annaliũ

11 † Et hac ratione apud Indos sine capite iustitia de pingebatur, ut traddit Antonius Roscius lib. 2. in §. de iustic. nu 13.

12 † Et etiam Thẽbani iudicum statuas, sine manibus pingebant, ut dicit Alex. ab Alex. lib. 3

13 † Qui etiam dicit in lib. 3. genial. Cambisem Regem Persiæ. Silamnem iudicem

ex

ex coriauisse quia quandam iniustam tullit sententiã muneribus corruptus, et postea illo corio tribunal muniuit, officiumq; iudicis filio illi⁹ Sisamnis excoriati cõmisit, qui filius Octaues diebatur, illiq; imperauit, ut indicto sederet tribunali, ad hoc ut metu pęne patri suo Sisamni impositæ, iustitiã cuiq; tribueret, quod etiã adducit Herodotus lib. 5. et Valerius Max. lib 6. et Rauisius textor in officina; quod etiã reffert Cæsar Contard. in. l. vnica. C. si demon. posse, fuerit ap. limitatione. 11. nu. 16. fol. 373. et hoc etiã
14 reffert Philippus Francus. c. 1. in fin. de re iud. lib. 6. † Quod etiã similiter fecit Rex Darius cũ Sandum iudicẽ eadem causa suspẽdere de furca imperauit, vt dicit Alex, ab Alex. ubi S. qui etiã Thaumasium iudicẽ crucifixit, quia non re
15 cte suum exercebat officium. †. Et Valentinus et Valẽtinianus Imperatores, pænã ignis iudicibus iniquis impossuerũt
16 per tx. in. l. vniuersi. C. ubi causæ fiscal. †. Et sic merito non solũ iudex pro se tenetur, sed etiã pro vxore aliquid recipiente, ut tenet Bald. in. l. obseruare. §. profiscici. ff. de officio procons. et leg. in pr. et ibi Bart. nu. 1. gl. verb. prægrauetur, in. l. si quis in suo. §. legis. C. de in officio. testam. Pla
17 téa in. l. apud eum. C. decens. et cens. nu 2 lib. 11. †. Et dicit idem Cornelius tacitus in. d. lib. 3 Anal. prohibitum fuisse Romanis iudicibus, secũ vxores et filios adducere, quod etiam docet Pelagius Pappa in. c. Catinensis dist. 61. vers. mox ergo, et in. c. de Syracusane. 28. dist, et est ratio, ne earum intercessione donis ac muneribus corrumperentur.
18 †. Item iudex habere debet bonos, iustos, et rectos officiales, ut in auth. de mand. Princip. col. 3. §. deinde vers. præcipuæ, nã aliàs si aliquid ab alio perceperint, et iudice consentiẽte pro eis tenebitur, ut in. c. Catinensis. dist. 61. et in. d. c. de syracusane dist. 28. quod tenet Auil, in. cc. præt. in. gl. ni consentirã nu. 12 fol. 59. nã æquum est, quod a muneribus se abstineant per. tx. in. l. vnica. §. hæc autẽ. C. de cõtra

19 iud. vel eorũ qui Abb. c. 1. nu. 7. de rest. ſpol. †. Nam ſi cõuicti ſunt de tali delicto in officio commiſſo, perdunt præuillegiũ, ex dignitate vel officio quæſitum, et condemnãtur ut plebei pæſsimi, ita Paris de Put. ubi. S. §. iudices. nu. 1. fol. 33. et eſt tx. in. l. Caius. ff. de Senator, et in l. ſi quos iudices. C. de officio. præfecti prætori. et. c. preuillegiũ. 11. q. 3. et in. c. ita nos. 25 q. 2. et eſt bonus et elegans tx. in. c.
20 1. de reiudic. lib. 6, et. l. 52 tit. 14. p. 5. †. Vnde requiritur quod iudices non eligantur auari, ut conſtat Exod. c. 18. ibi: prouide auté de omni plebe viros ſapientes, et timétes Deum, in quibus ſit veritas, et qui oderint auaritiã, et Prouerb. c. 29. Rex iuſtus erigit terram, vir auar⁹ deſtruet eã. et ad hoc facit tx. in auth. ut iudices ſine quo ſufr. col 2. et tx. c. cũ omnes. 1. q. 1. et. c. auaritiæ de præbend. et. l. 1. tit.
21 15. lib. 2. ordinam. †. Quia auaritia magnã perturbandi iudicũ, priuatorũq; hominũ animos, vim habet, et cito mouet illos ad iuſtitiam vendendã, ut. c. pauper. 11 q. 3. et. D. Paul. 1. ad Corinth. c. 6. dicit: nã qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationé, et in laqueũ diaboli, et deſideria multa, et inutilia et nociua, quę mergunt homines in interitũ, et perditioné: Radix enim omnium malorũ, eſt cupiditas, quã quidé appetentes, errauerunt à fide, et inſeruerunt ſe multis doloribus, et. D. Aug. in ſuo lib. de verbo Domini, inquit: inſatiabilis eſt ſola auaritia diuitũ, ſemper rapit, et nunquã ſatiatur, nec Deum timet, nec hominẽ reueretur, nec patri paruit, nec matré cognoſcit, nec fratri obtéperat nec amico fidé ſeruat, viduamq, opprimit, pupillũ inuadit et. D. Hieron. ad Ruſticũ cõtra avarũ dicit; ædificant, quaſi ſemper victuri, viuunt, quaſi altera die morituri, et Valerius max. lib. 9. c. 4. dicit de hoc vitio: protrahatur in mediũ etiã auaritia latentiũ, indagatrix lucrorum, manifeſtæ prædæ auidiſsima vorago, nec habenti fructũ fælix, et cu-
22 piditate quærédi miſerrima †. Nec luxurioſus iudex eligẽ

dus

dus est,nã auaritia,et luxuria,pæssima sunt vitia, ut dicit Marcus Cato,cú de corrigédis moribus cócionaretur ad populũ Romanũ,dicens:auaritiã, et luxuriã duas esse pe-stes,quæ potentissimũ quodq; imperiũ destruere valerét, et D. Paul.ad ephæs.c.5.dicit.hoc enim scitote intelligé-tes,quod omnis fornicator,aut immũdus,aut auarus,quæ est idolorũ seruitus,non habet hæreditaté in regno Chri-sti,et Dei,cui séntétiæ Marcus Tullius astipullãs, ait lib. officio,nullú vitiũ peius esse quam auaritia, præsertim in principibus, et rempublicã gubernantibus, habere enim questui rẽpublicã, nõ modo turpe est,sed sceleratũ etiam, ac nefariũ,et nõ oblit' sum illius quod Demades Athenié-sis orator ostendit,qui cũ ingentes diuitias per auaritiam parasset.per luxuriã,ac libidiné eas demum perdidit. Heu quã fallũtur Principes,et iudices sui,qui auaritia ducti, po-pulos indebitis grauaminibus impositis expoliantes,auge-re inde suos thesauros arbitrantur,ob id enim cótracto in se ipsos populorũ odio,ruinæ aliquãdo patét, inditio esse possũt Lidii,qui regẽ suũ olim eãdé ob causam,cũ tota fa-milia interéptũ in Pactolũ fluuium præcipitarunt,ut inde se auro ex saturare posset, vnde Iuuenalis de tali cupidi-tate,et auaritia quædã carmina in hunc modũ scripsit.

¶Sed quo diuitias, hæc per tormenta coactis?
cum furor haut dubius,cũ sit manifesta frenesis,
vt locuples moriaris,egenti viuere fato,
interea pleno cum turget et sacculus ore,
crescit amor numi,quantum ipsa pecunia crescit,
et minus hanc optat,qui nihil habet,

ET PAVLO INFERIVS DICIT.

¶Inde fere scelerum causæ, nec plura venena
miscuit,aut ferro grassatur sæpius vllum

humanę mentis vitium, quam ſęua cupido,
indomiti cenſus, nam diues qui fieri vult,
et cito vult fieri, ſed quæ reuerentia legum,
quis metus aut pudor eſt, unquā properantis auari.

¶ Et quidem de hoc nobis exemplum eſt Michæas propheta loquens principibus et iudicibus capitul. 3. ibi: Principes eius muneribus iudicabant, et ſacerdotes eius in mercede docebant, et prophetę eius in pecuniis diuinabāt, et ſuper dominū requieſcebāt dicentes, nun quid nō Dominus in medio noſtrū, non venient ſuper vos mala, propter hoc cauſa veſtri, Syon quaſi ager arabitur, et Hieruſalē quaſi aceruus lapidū erit, et mons tēpli in excelſa ſyluarū. En Hieruſalē propter ſcelera judicū ſubuerſam fuiſſe, ꝙ refert tx. in. c. iudices. 1. q 1. et probatur etiā Ezech. c. 22. et Sophō. c. 4. iudices enim inſpicere debent verba Petri in Acti. Apoſt. c. 8. quādo noluit Simoni mago vēdere quod petebat dico enim ſimulate vēdere, quia Spiritus Sanctus nec vēdi nec emi poteſt, ſed Petrus oblatā pecuniā, et Simonē magū offerentē eam damnauit. Itē in lib. 4. Reg. legitur quod Helyſeꝰ venit Damaſcū, et Benadab Rex Syrię ęgrotabat annuntiauerūtq; dicētes ei: venit vir Dei huc, et ait Rex ad Azahel, tolle tecū munera, et vade in occurſum viri Dei, et cōſule Dominū per eū dicens, ſi euadere de infirmitate hac potero. Iuit igitur Azahel in occurſum eius, habēs ſecū munera, et omnia bona Damaſci onera quadraginta Camelorū, ſed nō eſt credēdū accepiſſe. Sicut de eodē Helyſeo legitur. 4. reg. c. 5. quod Naamā mūdatus à lepra, optulit ei munera dicens, obſecro te ut accipias benedictionē à ſeruo tuo, at illi reſpōdit viuit Dn̄s, antequē ſto, quia nō accipiā, cūq; vim facerer, penitꝰ nō acquieuit, quæ authoritates ſacrę paginæ trāſiūctiue habētur in. c. iudices. 1. q. 1. docētes iudices, ne iuſtum iuditiū muneribus vēdāt. Per Deum immor-

mortalem ó principes, et iudices hanc ſæuiſsimam belluá auaritiæ, hanc Pandoram omnium vitiorum parenté ab omnibus populis pellite; hæc enim victoria vobis ſecuram vitã relinquet, vitam reſtiructis pupillis, vitá orphanis, pauperibuſq; viduis, nõ nũquam aliquid mali illis faciatis, nec vobiſcum loquatur increpatio Caliſthenis ad Alexandrũ facta, qui cum increpans dixit. ſi Deus eſt: beneficia largiri mortalibus, nõ ſua eripere debes. Si homo, id quod eſt, ſemper te eſſe cogita, et dicit Sextus Aurelíus Trajanũ Imperatorem, vocare theſaurum ſuum reipublicæ lien, nã ſicut liene creſcenté, corrumpitur corpus, et cõſumitur, ita theſauro principis creſcente, reſpublica corrumpitur, cũ princeps per vaſſallos theſauros diſtribuere debeat. Hyppocratis igitur conſilio parendum eſt, cum dicit auaris, qui vult liber eſſe, non cupiat quod habere non poteſt, qui vult habere quod optat, optet quod habere poteſt, et dicit Ioan. Bonifacius in lib. inſtitutionis pueri Chriſtiani fol. 266.

23 verſ. pudicitia. †. Quod bona quæ ex caſtitate ſequuntur, ſunt, quod pectus ornat, leges obſeruat. cunctorum beneuolentiam allicit: morientes conſolatur, afflictos erigit, extinctos laudat, cœlum aſſequitur, pacis eſt alumna, litterarum ſedes, virtutum domicilium, ciuitatum gloria, regnorum trãquilitas, religionis tutella, Chriſtianæ legis authoritas, virginum laurea, continentiæ vita, famæ cuſtos, tuba vetuſtatis, ſuſpitionis fuga, poſteritatis lumen, medulla honeſtatis, certaminum et contentionum palma immortalis: quæ omnia in iudice vere pudico et caſto, non autem auaro habitabunt.

24 † Sed iam quod auaritiam dánamus, non propterea dicimus Principem non debere ſuarum rerum curam gerere, ſed potius id volumus, res ipſas ita recte adminiſtrari, ut omnia virtuti conſentanea ſint, quod hæc ſola mortales nobilitet, atque illuſtres faciat, et magnanimos, itaque có-

cludo contra auaritiam, auaros homines turpis lucri sectatores, diripiendis aliorũ bonis anhiantes, ac sibi ipsis tantũ natos, neque nobilitatis nomẽ promouere, neq; si interdũ assequantur diutius conseruare, cum id eos iniusto titulo possidere certissimum sit. †Sed quæro hic obiter, an dominus vassallorum, qui populos possidet, et in eis habet furnos et molendinos, habeat ius prohibendi vassallis, ne furnum, vel molendinum ædificent in suo populo, et iurisdit. atq; ita cogantur accedere ad suum furnum vel molendinũ, quamuis hoc ius nõ habeat, nec compræhensum in suo titulo regali sit, et respõdetur nõ habere tale ius prohibẽdi, et quemlibet in suo, posse ædificare furnum, et molendinum, quod adeo verum est, ut licet aliquis iuerit longissimo tempore ad furnum vel molendinum domini, tamẽ Dominus non dicitur acquiuisse tale ius contra vassallum ex quo dicitur iuisse iure facultatis, si tamen dominus prohibuisset, et deinde longissimo tempore perseuerasset prohibitus, quoquendo vel molendo in furno vel molendino domini, aliud esset, ut per Iass. in. l. quammuis. ff. de flum. & nequis in flum. publ. a nu. 27 usque ad nu. 31, et per Iacobinum de Sancto Georgio in tractatu suo, verb. cũ molendinis, vers. alterius quæro, ubi dicit: quod tamen dominus quando furnus vel molendinum fisci essent, et eorum redditus deseruiret publicis necessitatibus, tunc prohibere posset ne quis accederet ad alia, vel ne alia molendina aut furnos ædificaret. Doctores tamen dicunt, Dominum non præscribere longissimo tẽpore, nisi post prohibitionẽ, et quod post talem prohibitionem, currat tantum tẽpus cuius initii memoria nõ sit incõtrariũ, ut in. c. super quibusdã. §. preterea de verb. sign. et ita voluit Iass. ubi S. et Bald, de præscript. 5. part. §. 5 iuxta præmissa quæro, a nu. 1 usq; ad. 3. et Masuerius in practi. tit. de præscrip. n. 22. et de iure regio circa talẽ prohibitionẽ, est. l. 12, tit. 11. lib. 6.

25.

no-

nouę recop. quæ lex est intelligenda, nisi post talem prohibitioné currat circa possessionem tempus quadraginta annorum, et circa proprietatem tantum tempus cuius initii memoria non sit incontrarium, ut dictū est.S. et est tx. in 18 tit. 16. lib. 4. nouę recop. et. l. 19. tit. 6. lib. 3. eiusdé libri recop. †. Vnde ad nostrum deueniendo propositū dicendum erit, quod semper amici iustitiæ iudices nominandi sunt, secundū illud sapientiæ. c. 1. ibi. dilligite iustitiam qui iudicatis terram, et Prouerb. c. 29. dicitur: quod Rex iustus erigit terram, et Isai. c. 56. in principio ibi: custodite iudicium, & facite iustitiam, et est tx. in. c. iustū. 23. q. 2. et est. l. 18, tit. 9 p. 2. cum sequentibus, et ita qui eligédus est, requiritur quod sit bonę vitę, integer, et in corruptus, ut in l. magistros. C. de profes. et med. lib. 10. et. l. 1. in principio. C. de profes. qui in vrb. Const. lib. 12. et l. 1. ff. de cred. abord. fact. quod quidem colligitur de tx. in. c. forus in fine de verb. sig. tx. in. c. plerumq; 11. q. 3. in principio. †. Nā qui alios carpit, labe carere debet, et si criminosus esset iudex, alios punire, nec corrigere non posset, ut in. c. qui sine, et in. c. postullatus et per totum. 3. q. 7 et qui trabem gestat in oculo, festucā de oculo fratris nō potest eruere, vt in c. multi. 1. q. 1 et in c. qui crimé. 6. q. 1. et in. c. infames. § ité in euāgelio 3 q. 7. et luce. c. 6. Matth. c. 8. et dicit Tull. in tuscul. 3. stultitię propriū est, aliorū vitia cernere, suorū obliuisci, et August. comen. 10. dicit: curiosū genus ad cognoscendā vitam alienā, desidiossum, ad corrigédā propriā et Dauid. Psal. 49. dicit Peccatori auté dicit Deus: quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamétū meū per os tuū. tu vero odisti disciplinā, et proiecisti sermones meos retrorsum, si videbas furé, currebas cū eo, et cū adulteris portioné tuā ponebas, quod etiā probat, et bene quidé, Matth. c. 15. cū pharisęi ad Christū accesserū dicétes: quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorū, non enim lauāt

manus suas cum panem manducant et respódens Christus eis, dixit: quare & vos trãsgredimini mandata Dei propter traditiones vestras? quod etiam proba, Marc. c. 7. et hac ratione Ioab mittens nuntium ad Dauid regem, ut nuntiaret successum belli, ut in. 2. Reg. c. 11. dixit ei, ut nuntiaret et de morte Vriæ, ne postea increparet de malo successo belli, quando quidé Rex Dauid ibi causa mortis fuit Vrię, vnde Dauid loco increpationis dixit, et respondit ad nũtium, hęc dices Ioab; non te frangat ista res, varius enim euentus est belli, et nunc hunc, nunc illum, consumit gladius &c. Quibus rationibus bene concludimus, alios

28 corrigentes, labe carere debere. † Itaque iudices, iustitiæ amici, et sine crimine esse debent; nam si amici iustitiæ non sunt, et indigne, iudicandi officium susceperunt, et mortaliter peccauerunt, ut in c. non est putanda. 1. q. 1. et gl. in principio. 3. q. 7. verb. quod iudex, notat Archidiacon. c. 1. in fin. 40. dist. Luc. de pęn. in. l. cótra publicam in fin. C. de remilit lib. 12. notant. DD. in. c, cum in cunctis de electione. et in Clementina. 2. de magistris. Nauarrus in relectione. c. si quando, de consecratione dist. 1. pag. 46. et. 55. idem Nauarr. in manual. c. 25. nu. 12. et tx. in. c. inter ver-

29 ba nu. 113. †. Et hoc modo si iudex est amicus iustitiæ, et sufficiens ad iudicandum, aufugiet illud quod tam periculossum est iudicibus, hoc est, munera à litigantibus recipere, licet modica sint, quia non dantur cum charitate, sed per corruptionem, ut. S. dictum est, et probat tx. in. c. qui recte, et in. c. non licet. 11. q. 3. et. c. non sane. 14. q. 5. et tradit Paris. deput. ubi S. verb. consiliarii, nu. 1. et dicit propheta Dauid. Psal 15. Beatus ille qui munera super innocentem non accepit, et Isai. c. 5. ibi ne qui sontes absoluũt

30 ob munera, et insontibus suum ius eripiunt. †. quamuis de iure canonico iudex non videtur in iustitia ministranda corrumpi ex paruo munere, ut in. c. si quæstiones, de Symonia,

nia, et in. c. statutum. §. in super de rescrip. lib. 6. veluti si consistat incomestibilibus, quæ paucis diebus cõsumi possunt, ut ibi per Dominicum, et DD. et videndus est Paris de put. de syndicat. §. osculenta. nu. 1. fol. 194. qui tenet quod pro quibusdam minimis lex non offenditur.

SVMMARIA Capit, IX,

IVdex fortis et validus esse debet, ut Iustitiam vnicuiq; tribuat. nu. 1

Iudex validus et fortis nõse humiliat circa subditos quia aliàs contemnitur propter familiaritatem. nu. 2,

Authoritas gubernandi, frangitur nimia humilitate. n. 3.

Iudex valde timidus, non est eligendus, quia patitur vitium animi, nu. 4

Principes et Barones, aliquando Iudices eligunt, ut sunt Comites, Marquiones, et Duces in suis territoriis, qui eos aliquando corrumpunt. nu. 5. &. 6.

Principes, ut iudices corrigere alios ex vindicta non debent. nu. 7

Iudicibus datur remedium si a Baronibus constringantur num. 8.

Iudex qui metu sui Baronis iustitiam non facit, an teneatur, et an acta per eum sint nulla, num. 9.

Volenti non fit iniuria.

Metus iustus, seu iniustus, excussat à culpa. nu. 10.

Iura in tacta seruare, est melius, quam post causam vulneratam remedium quærere, nu. 11.

CAP. IX.

IVDEX VALIdus & fortis esse debet.

Cap, ix,

SEptima et vltima proprietas columbæ est, quod in petra nidificat, quod signum est fortitudinis, quam fortitudinem qui iudicat habere debet, cum nimis iudicem validū, et fortem esse debere, conueniat, vt validitate, fortitudine, integraq; rectitudine iustitiam unicuiq; tribuat, ut in. l. 1. ff. de iustitia & iure, et in. §. 1. inst. eod. et in. l. obseruandum ff. de officio præs. et in auth. de trie, et semis §. si quis colat. 3. tx. in. l. seruos. §. iudices. C. ad. leg. iul. deui pub. tx. in. c. episcopus. § si ergo. 11. q. 3. in fin. et. l. 18. tit. 9. p. 2. et in ecclesiast. c. 7. dicitur, nolli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciē potentis, et ponas scandalum in agilitate tua, et. 3 Reg. cap. 2. in. pr. dicitur: confortare et sto vir fortis, et obserua custodias Domini Dei, ut ambulles in viis eius, et custodias cerimonias eius, et præcepta eius, et iudicia, et testimonia &c, et in Deut. c. 31. ibi: viriliter agite, et confortamini, nolite timere, neq; paueatis ad cōspectū eorū, et Iossue. cap. 1. ibi: confortare igitur, et sto robustus valde, vt custodias, et facias omnē legē quā præcipit tibi Moyses seruus tuus, nec declines ab ea ad dexterā vel ad sinistrā, vt intelligas cuncta quę agis: et in. c. 23. ibi: tantū confortamini et stote soliciti ut custodiamini cūcta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi, et non declineus ab eis, neq; ad 2 dexterā, neq; ad sinistrā †. Et sic iudex habens fortitudinē, non se circa subditos humiliabit, modo ut contemnatur

prop

propter timoré, vel familiaritaté, quod bene declarat Ab-
3 bas in prohæm. nu. 2. et dixi. S. c. 4. nu. 26. †. Nam quãdo
humilitas multũ seruatur, authoritas regẽdi frãgitur ut in
c. quando, dist. 86. et in. l. obseruandum. ff. de officio. pręs.
4 †. Vnde infertur quod iudex, nõ est eligẽdus valde timidus
quia cũ talis sit, idoneus nõ est causis iudicandis, vel si est
pusilanimis, ut Isaias. c. 3. ibi: et dabo pueros principes eorũ
et efæminati dominabũtur eis. De quo est tx. in. l. obseruã
dũ. ff. de officio pręs. et in. d. l. 13. tit. 4. p. 3. et ratio est, quia
patiuntur vitiũ animi, ut in. d. l. 1. §. fin. ff. de ędili ædicto.
5 †. Sed euenit aliquãdo iudices eligi a quibusdã Baronibus
vassallorũ dominis, potestaté eligẽdi iudices, et iuridictio
né in suis territoriis habentibus, ut tenet Auend. de exeq.
6 mand. c. 1. fol. 6. col. 4. vers. ex quo solet †Qui (salva bono
rũ) pace nõ solũ iustitiã ministrare nolunt, sed suos iudices
terrore metu, et aliquãdo vi corrũpunt, ad hoc ut sua ad
impleatur volũtas, suasq; vindicét iniurias cõtra subditos
et vassallos, ut dicit Segura, de Aualos in suo direct. iud. 2.
p. cap. 5. nu. 10. fol. 109. nõ cõsiderantes illud AElii Adria-
ni Imperatoris, qui quendã suum antiquum inimicũ, corã
eo trepidanté videns, ei animo illustrissimo pepercit, quia
Imperator erat, et tẽpore prosperitatis suæ vindictã de eo
assumere noluit. Itẽ quidã dux Orliẽsis, cũ dux esset, à quo
dã inimico iniuriatus fuit, et postea Rex Frãcorũ electus
fuit, dixerũt ei tũc vassalli ut vindictã de illo acciperet ini
mico: qui respõdẽs dixit, nõ regi frãcorũ cõuenit, iniurias
Duci Orliẽsi factas, nũc vindicare, sed obliuisci, quod qui
7 dẽ in Principibus et iudicib⁹ nimis elucessit. †. Quia ex vin
dicta corrigere nõ debent, ut in. c. si quid vero et in. c. tãta
8 86. distinct. et in. c. tãta. 1. q. 7. †Vnde meo iuditio iudex ta
li vi coactus, aut causam illi Baroni remittat, aut iustitiã re
cta via unicuiq; tribuat, nõ se declinãs ad eorum iniusti-
ciam sinistramq; voluntatem, ut in Deut. c. 7. ibi, et facies

quod

quodcunq; dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, et docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad sinistram et D. Paul. in Epist. ad Galat. c. 2. dicit: Deus enim personā hominis non accepit, de quo est tx. in. c. qualiter et quando. 2. de accusat: itaq; non habebit respectum iniustæ Baronis voluntati, sed timens Deum, omnia secundum legē conformabit, ut dicit Philosophus lib: 2. Polytic: melius est iudicare secundú leges, et literas, quam ex propria sciētia vel sententia, et iudex, qui hoc fecerit suam cōscientiā coram Deo, et rege temporali quietam habebit, et si forte ad huc in sua permanserint pertinatia, ad principem recurrat, de casu legitimam informationem ostēdens, ut malum euitetur. Hoc remedium ponit Cæsar contardus, quā uis ad alium effectum in repetitione legis vnicæ. C. si de moment. pos fuer. appell. nu. 94. fol. 160. et nu. 95. cum sequentibus, et hoc remedium Barones, et Domini vassallorum impedire non possunt, sub pęna legis Iuliæ maiestatis ut in. l. cuiusq; 3. resp. ff. ad lege, Iul, maiestati. †. Vnde in-
9 fertur, quod iudices tales, qui metu Baronum malam tullerunt sententiam, non excussantur, quando a principio intellexerunt hoc posse euenire: quia tūc illud officiū acceptare illis non licebat, quando quidem poterant ab eo discedere, et volenti non fit iniuria, argumēto. tx. in. l. qui bona §. defuncto ff. de damno infest. Palat. Rub, in repetitione c. per vestras de donat, inter vir. et vxor. §. et propter nu. 12 fol. 140. secus si ignorabat, et iudex iusto metu et vi coactus iudicauerit, hoc est metu cadente in constantē virum, et sine dolo, quia tunc non tenetur in vtroq; foro, vt expresse traddit. Bald. in. l. fin. C. de pæn. iudic. qui male iudit. col. fin. Burgos de Paz in relectione prohæmii leg. Taur. nu. 180, et sic est intelligendus tx. in. l. 18 tit. 9. p 2, et dicit Ioannes de Arnonius alegans Bald. ubi. S. quod il-

lud, quod factum est metu Principis, vel Baronis ipso iure non valet: et non opus est; quod recindatur actio
10 ne quod metus causa, quod bene probat in tractat. cautelarum caut. 34. pag. 160. †. quia ex iuris dispositione metus iustus, siue iniustus excusat a culpa. gl. in. l. 2. ff. ad leg. Aquil. &. l. 3. §. armis. ff. de vi et vi arm. et in. §. recuperandæ, inst. de interdicto. Thom. Gramm. cons. 31. nu. fin. tx. in. c. prælatũ de his quę vi met, ve causa fiunt, et in. c. ad aures de ætate & qualit. Itaque pro complemento capituli dico quod iudex debet esse firmis, ac nimis constans, et fortis in iustitiæ administratione, et omnino considerare quid
11 sit recte faciendum, considerans illud, quod Scipio Africanus aiebat, esse turpe post factum dicere, nõ putaram. †. Et melius est, in tacta iura seruare, quam post causam vulneratam remedium quærere, ut in. l. fin. C. in quib. causis in inte. resti. et in leg. pri. C. ut unicuiq; licet sine iudic. se vindi. et tx. in. c. oblatæ, et in. c. constitutis de appellat, et in. c. cum nobis olim, de electione.

SVMMARIA

Capit, X,

DElegatus iudex, quis sit. num. Primo.

Conseruatores iudices, an dicantur delegati. nu. 2.

Delegati extraordinarii iudices dicuntur. nu. 3.

Delegationis causa cessante, cessat, et delegatio. nu. 4.

Delegatio duobus facta, cũ clausula ut omnes aut duo, vel vnus, impedito primo, an alter collega poterit procedere. nu. 5.

Excommunicatus à iudice delegato, qui primus de causa cognouit, si iste mortuus, vel impeditus fuit an poterit ab hordinario absolui. nu. 6.

Delegatus, maior est iudice ordinario, quantum ad causam delegatam. nu. 7.

Magis dignum trahit ad se minus dignum.nu.8
Delegatus succedit in locũ, et ius primi delegati mortui, vel impediti.nu.9
Excomunicatus a delegato mortuo, an posſit abſolui ab ordinario in articulo mortis.nu.10
Delegatio ceſſat per pronuntiationem ſententiæ, et eius executionem.nu.11
Delegare quis poſsit.nu.12.
Delegatus a Papa, vel Rege an poſsit ſubdelegare.nu.13,
Delegatus à Papa, vel Rege, ſuam ſentẽtiam mandat executioni, ſecus ab ordinario niſi habeat ſpeciale mandatum.nu.14.et.15
Delegat', an poſsit creare executores, vel alguazelos.n.16
Delegatus a Principe ſæculari, an poſsit cauſam ſubdelegare, et quid in ciuilibus, vel criminalibus.nu.17.
Teſtium receptiones à proprio iudice recipi debet incriminalibus.nu.18
Delegatus ad exequendam tantum ſententiam an poſsit exceptiones audire contradictam executioné.nu 19
Ordinarius iudex an poſsit ſe intromittere ad ſupplendã negligentiã delegati, ſi excedat à ſua cõmiſsione.n.20.
Delegati delegatio an expiret ſi delegatur nomine proprio vel nomine dignitatis.nu.21
Legatum relictum ſub nomine dignitatis, vel nomine proprio, an expiret, & quando.nu.22
Tribunal idem cenſetur de ſucceſſore, quam de anteceſſore.nu.23.
Delegatus quis poteſt eſſe.nu.24
Conſeruator iudex debet eſſe conſtitutus in dignitate, et non ſufficit quod ſit canonicus.nu.25
Differentia inter delegatum et conſeruatorem.nu.26.
Dignitas quæ ſit.nu 27.
Seruus, iudex delegatus eſſe non poteſt.nu.28

Iurisdictio delegati an suspendatur per excommunicationem delegantis. nu. 29.
Et quid in Viccario, excommunicato episcopo.
Delegatio facta clerico, et laico simul, an valeat, et quid si fiat ex certa scientia. nu. 30.
Gardiani ordinis minorum, et Priores mendicantium, an habeant dignitatem, ad hoc vt posiint esse delegati num. 31.
Subdelegatus, an teneatur acceptare subdelegationē. n. 32
Delegatus a Principe an poterit aduoccatum cogere ut extra suum territorium eat. nu. 33.
Delegari quæ possint. nu. 34.
Delegati potestas quæ sit. nu. 35.
Delegatus mentem delegantis considerare debet. nu. 36.
Sententia pro lata per delegatum, contra intentionem delegantis non valet. nu. 37.
Delegati iurisdictio qualiter finiatur cum fallentiis. num. 38. et. 39.
Inquisitorū officiū an expiret morte concedentis. n. 39.
Prorrogatio iurisdictionis delegati qualiter fiat. nu. 40.
Delegatus an possit tempus suę commissionis interpolare. nu. 41.
Iurisdictio delegati est stricti iuris nu. 42.
Terminus mandati, est continuus. nu. 43
Tempus appellationis an sit continuum. nu 44
Tempus triginta dierum ad petendos apostolos, an sit cōtinuum. nu. 45.
Tempus omne assignatum a legé indubio præsumitur cōtinuum. nu 46
Appellatio et præsentatio in causis decem mille mora petinorum, et minoris summæ fieri debet coram iudicibus consistorii ciuitatis intra quinq; dies secundum legem regiam. nu. 47.

Di-

Dictio, et copulatiua est. nu. 48.
Quando aliquid in actu pro forma requiritur; si deficiat actus anullatur. nu. 49.
Decuriones ciuitatis terminos assignatos a lege 7. tit. 18. lib. 4. recop, prorrogare non possunt, etiam ex partium consensu, nec de maiori summa cognoscere. nu. 50.
Minor, ecclesia, vel quælibet alia vniuersitas, vel Respublica non restituitur aduersus lapsum temporis dictæ legis. 7. nu. 51.
Sententia a iudicibus consistorii lata, lapso tẽpore. 10. dierum, est nulla. nu. 52.
Testes, qui requiruntur in testamẽto, et in alio instrumẽto. nu. 53.
Delegati iurisdictio an per interpositionem appellationis expiret. nu. 54,
Delegati iurisdictio, quib⁹ modis finiatur resolutiue. n. 55
Locum tenẽs delegati, vel correctoris ciuitatis, an habeat plenam, et ordinariam iurisdictionem. nu. 56.
Locũ tenẽtis officiũ, an mortuo corrector dur et. nu. 57.
Delegatus an possit recusari. nu. 58
Delegat⁹ ã possit brachii sæcularis auxiliũ inuocare. n. 59
Quando aliquid permittitur, vel prohibetur, omnia, quæ ex eo sequuntur, permittuntur vel prohibentur. n 60.
Ecclesia iuuatur sęculari potestate contra rebelles nu. 61.

DE IVDICE delegato.

Cap. x,

HVc usque de iudice ordinario dictũ fuit, nũc de extra ordinario, hoc est de iudice delegato dicere cõuenit.

cum

cum fere semper necessaria, et contingibilis sit eius mate
riæ, qua propter videndum erit primo, quis sit delegatus.
secundo, quis potest delegare. 3. quis potest esse delegatus,
4 quæ possint delegari, quinto et vltimo, quid potest dele
1 gatus, cum aliis ad materiam attingentibus † Et quantum
ad primum dicemus, quod delegatus est ille cui causa com
mittitur terminanda, vel exequẽda, vices, et iurisdictionẽ
delegantis repræsentans, et nihil proprium habens. Hanc
diffinitionẽ ponit hostiem. in sũma. tit. de officio deleg.
nu. 1. adducens tx. in l. 1. §. qui mandatam et. l. si prætor. ff.
de offic. eius cui mand. est iurisd. in fin. et tx. in. c. sane quia,
et in c. cũ olim magister, de officio deleg. et tx, c. vlt. dist.
95. et in. c. 1. dist. 94. et summa Ang. verb. delegatus nu. 1.
Bald. in. l. suggerente. C. de offic. eius qui vicem alter. ge-
rit, quæ diffinitio est intelligenda tam de delegato à Ro-
mano Pontifice, quã a Principe tẽporali, ut in. d. sum. Ang.
2 vbi. S. Robert. Mar. de ord. iud. 5. par. n. 4. fol. 120. †. Et sic
dicta diffinitio extenditur ad iudices conseruatores, quia
etiã delegati sunt, quamuis iudicialẽ in daginẽ nõ exercẽt,
sed solũ modo à manifestis deffendunt iniuriis, et violẽtiis
quibus iudicibus fere semper fratres minores vtuntur, vir
tute rescriptorũ sui maris magni a Romanis Pontificibus
concessorum tx. expressus in. c. 1 et ibi gl. verb. cõseruato
3 res, et tx. in. c. 2. et fin. de offic. delegat. li. 6 † Et hac de cau
sa iudices delegati, dicuntur, extraordinarii ad differentiã
ordinariorũ, quia ex sacra iussione sunt dati, et propriã nõ
exercent iurisdictionem, sed sibi commissam ab habente
potestatem, ut tenet Alciatus, in Rub. de officio ord. a nu.
6, & melius Rob. Mar. vbi. S. nu. 4. vbi multas inuenies dif
4 ferentias inter iudicem delegatum, et ordinarium. †. Vnde
infertur (cum iurisdictio propria non sit) quod cessante
causa delegationis, cessabit et delegatio. tx. l. 1. vers. non a
liter itaq;, & ibi Bart. nu. 14. et Alex. nu. 64. & Iass. nu 61.

G ff. de

5 ff. de officio, eius cui mand. est iuris † Et nota quod si causa committitur tribus, vel duobus iudicibus, cum clausula ut omnes, aut duo, vel vnus, tunc si primus, qui de causa cognouit iusta causa iuris, vel facti impeditus fuerit, poterit alter collega procedere, et causa illa impedimēto cessante, poterit primus iterum cognoscere, et suam primam exercere iurisdictionem cum secundo. Ita tx. expressus in. c. cú plures, de officio del. lib. 6. et tx in. c. sciscitatus de rescrip-

6 tis Azeuedo in curia Pisana lib. 4. c. 12. nu. 69 † Sed pone, quod vnus litigantium coram isto primo iudice delegato, fuit ab eo excomunicatus, si iste iudex, iusta causa impeditus fuit, vel mortuus, vel absens, inquiro, iudex extraordinarius poterit illum excommunicatum absoluere, vel quid agendū? et quia hoc poterit multoties accidere, et ego iam in practica vidi, resolutiuè respondeo, iudicem ordinariū, illum non posse absoluere, sed virtute rescripti recurrendū erit ad alterum iudicem collegam, et tunc iste talis collega, imprimis debet iurisdictioné sibi commissam accep-

7 tare, et illico eum absoluere, duabus rationibus † Prima ratio est, quia delegatus, maior est ordinario quantum ad illud, tx. expressus. c. pastoralis. § præterea de officio ordinarii, et in. c. quoniam Abb. et in. c. sane de officio. deleg, et in. c. aduersus de immunitate Ecclesiæ. Bart. in. l. si duo ff. de

8 reiud. et Decius in rub. de offic. deleg. nu. 4 † Et magis dignum, trahit ad se minus dignum, ut in. c. 1. de consec. eccl. vel altar, et in. c. per hoc, de hæreti. lib. 6. feli. in. c. fin. col. 2 de reiudi. verb. quarta declaratio. Iass. in. d. l. si duo col. fin. vers. extra glosam. ff. de reiudic. Bald. in. l. sicut proponis. nu. 15. C. quomodo et quando iud. Abb. in. c. 3. de iud. nu. 2. felin. c. 1. de præscriptio. col. 4. Socin. in. l. cum senatum in fin. ff. de rebus dub. gl. in. c. piæ mentis. 16. q. 6. tx. in. c. de iure, de iure patron. et in. c. præterea de transact † Secun-

9 da ratio est, quia cum delegatus succedit in locū, et ius pri

mi

mi delegati, mortui, absentis, vel impediti, partibus eius fungi debet, ut in l. mortuo iudice ff. de iud. et l. quædã §. nihil
10 interst ff. de edendo † Sed hoc fallit quando talis excomunicatus, est in articulo mortis, quia tunc de quolibet genere excomunicationis à quolibet ecclesiastico potest absolui, argumento tx. in c. si quis suadéte, 17. q. 4. et in c. quid de his, de sent. excomunic. et gl. verb. præterquam, in. d. c.
11 Pastoralis. §. preterea de officio ord. † Item cessat delegatio, quãdo iam iudex delegatus sententiam protulit, et executioni mandauit, quia tunc iam functus est officio suo, vt non possit se vlterius impedire: ante executioné vero, functus est, quoad cognitioné, ut in l. sicut proponis. 1. C. quo modo et quando iud. et in decis. Rotæ, decis. 341 incipit: dubitatur vtium in nouis. Sed hoc limitatur octo modis secúdú felin. in c. in litteris de officio deleg. Bart. l. 1. 2. § 1. ff. de option. leg.
12 † Quantum ad secundú quis delegare potest. Resp. quod potest delegare, Princeps, iudex ordinarius, et etiã iudex delegatus, ita Hostien. in sum. hoc tit. nu. 2. idé tenet Avil. in c. præt. verb. cómissarios dicens: quod iudex delegatus debet dari per regé, idem probat tx l. 2. tit. 17. p. 3. ibi. Otro si dezimos q̃ los Pesquisidores devé ser puestos por el Rey
13 Idem tenet sum. Ang. ubi S. verb. legatus. nu 2 †. Sed dubitatur an delegatus a Principe, puta à Papa, vel a Rege, poterit subdelegare causam aliis, et resp. quod delegatus a Principe bene poterit aliis subdelegare, et vices suas commitere plenarie; secus in delegato ab inferiore, per tx. c. super quæstionú § porro, et in cap. venerabili, de iudice delegato, et host. eod. tit. in sum. nu. 2. tx. in. c. cú causã, de appell. et in c. cú Bertold. de re iud. et l. a iudice. C. de iudi. et. l. 19. tit. 4 p. 3. et Iass. in. l. à iudice nu. 11. ubi multas inuenies ampliationes, et limitationes, quibus breuitatis causa, me remitto
14 Avéd. de exequéd. mãd. c. 1. fol. 10. † Quia delegatus a Papa

vel a Principe, suã mandat sententiã executioni, ut est tx. in, c. significasti de officio deleg. secus in delegato ab ordinario, quia ipse ordinarius qui delegauit, illã exequitur, ut in. l. à Diuo Pio. ff. de reiud. & in. c. quis quis. 2. q. 7. Felin. in. c. significasti de officio deleg. vyllalo. in suis antino. lite

15 ra D. nu. 17 † Quod extenditur etiã si delegatus a Principe ad vnam causam tantũ sit datus, et lite nõ contestata. tx. in. c. pastoralis de officio. de leg. sed delegatus ab ordinario, vel ab alio quã a principe, non potest nisi lite contestata arg. tx. l. et quia, et ibi gl. verb. neque ipsa lex. ff. de iurisdict. omn. iudic. et l. neq; C. de procurat. et in. l. nulla. C de reiudic. et est bona gl. verb. Procurator in. c. 1. de procur. lib. 6. vers. et ad instar, et est tx. in. c. cũ causam de apella. et in. c. cũ Bertold⁹ de reiudic. Gũdisal. Suares. in pract. 1. thom. 1. p. 6. tẽpore. nu. 18. sed hoc fallit quando ordinarius habet speciale mandatum subdelegandi, quia tunc bene poterit, ut in. c. is cui, et ibi gl. verb. per alium et. c. ult. §. vices de officio. deleg. in. 6. tx. in. c. 1. 2. et ultimo de pro-

16 cur. † Sed inquiro delegatus potest creare executores, et alguazellos? Resp. quod delegatus potest creare nũtios, nõ aũt alguazellos, secun. Auẽd. de execut. mand. c. 17 fol. 86

17 Idem tenet Boerius in suis deciss. deciss. 227. † Item inquiro, an delegatus a Principe (qui Hispane dicitur. Pesquisidor) poterit causam subdelegare, et videtur quod sic, per tx. leg. 19. titul. 4. pag. 3. ibi: ca los que son puestos por mandado del Rey, pueden poner otros en sus lugares que oyan e libren aquellos pleytos. Sed Avend. ubi. S. col. 3. fol. 10. tenet quod non, quia dicitur in principio suarum commissionum, confiados de vos que soys tal persona. &c. Et ideo cũ sit electa industria personæ, non potest subdelegare, nec vices suas cõmitere. Sed tamen ego teneo talem iudicem delegatũ, posse subdelegare, non dicisionem causæ, nec illa quæ sunt de ordine, vel

sub-

sustãtia rei,sed illi quæ parũ pédét, ut est, committere testium receptiones,et similia,et hoc tam in ciuilibus, ut in Clem. 1. de officio deleg.et in.d.l.19.tit.4. p.3 et Boerius in decisione 6.nu.10.& Villalobos vbi.S nu.70.littera.

18 A.† quam in criminalibus,non obstante quod testium receptiones a proprio iudice debeant recipi,et corã eo exhiberi,ut in auth de test.§.et quoniam conclusione.7. C. de fide instrum. et.c.testes.3.q.9.et tx.in.c.at si clerici de iud et gl 1.in c.1.de testib.cog.tx.in.c.constitutos de fide ius sor. Masuerius in practica.nu.4.tit.de testi. Bald. in auth. apud eloquentissimum.nu.1.C.de fide instrum.fol.60. & l.38 tit.6 lib 3.recopil. & quod in causa criminali potest delegare,est tx.in.c.illud.23.q 4.et.c.1.dist 25 tx.in.c. in Archiepantu.de rapto &.c.penul.de in integ.rest. specul. in tit. de judi.deleg.§ fin. vers.item quod est delegatus in

19 causa † Sed pone quod Papa,vel Princeps alicui legat nudam executionem latę sententiæ,iam in causa coram eo litigata,et partibus præsentibus finita,et terminata, et tantum modo executionem illius sententiæ delegatur, num quid si pars aduersa coram illo executore delegato aliquã opponit exceptionem, audietur exceptio a delegato, vel non?et pro una parte videtur quod non,quia executor tenetur exequi sententiam,licet sciat eam iniustam,per text c.pastoralis,et.c.si quando de officio delegati,et.c.omnes de maior.et obed.tx.in,l,si prætor.ff.de iudi:et.c.quid culpatur in fin 23.q.5. Pro alia autem parte contrarium videtur,scilicet quod dicta exceptio audiatur,per tx.in. l iudicati.C.si ex fals.instrum.et.c.veniens de testibus,sed pro concordia harũ opinionum dicendum erit quod si ibi per euidentiam sententiam esse nullam statim constat, ut per instrumenta falsa lata sit,vel aliter,tunc sententia non exequetur:secus si non constat euidenter, quia tunc licet sit iniusta delegat⁹ executor,exequetur eam,ut in.l. si prętor

ff. de iudic. de quo est bona gl: verb. cognoscatur, vers. sed pone. in. c. dicenti. §. et si non cognitio. 25. q. 2. et sic quando exceptio contra sententiam opponitur in promptu, executor sententiæ executioné debet defferre, quia probatio, quæ in cótinéti offertur prçceteris est præuillegiata, ut in c. interposita in principio de appell. quod tenet (et bene quidem) Cæsar cont. in. l. vnica. C. si demom. pos. fuer. appel. limit. 12. nu. 1. et. 2. et. 3. qui de hoc multa adducit iura. Secus si incontinenti de exceptione nó constat, quia tunc exceptio non est admittenda, ut. S. dictum est † Et est

20 notandum, quod si delegatus, vel pesquisitor excedit a sua commissione: poterit iudex ordinarius se intromittere ad supplendam negligentiam, seu excessum, delegati, quando ex tali oritur peccatum, vel aliquod graue inconueniens, ut tenet Abb. in c. significasti de officio deleg. nu. 2. et Auil. in. cc. prçt. verb. mandado. nu. 33. et melius. nu. 34. et Ludouic. Messia. in. l 5. ordi. fund. 11. 2. p. nu. 17. fol. 100. et est tx. in. l. prohibitum, et ibi Bart. et Ioann. de Plát C. de iure fisci. lib. 10. et in. l. deuotum. C. de metatis lib. 10. et faciunt notata per Innoc. Panormit. et Canonist. in c. si quando de officio deleg. et est bona et singularis doctrina Cini, et aliorum, in auth. qua in prouintia. C. quomodo de crim. agi oport. Ancarran. in repet. c. postulasti opposit. 6. de foro compet. Cardin. et Ioann. de Immola in Clemét. 2. de officio ord. †. Item est notandum, quod si sit delega-

21 tus à Principe nomine proprio, non autem nomine dignitatis, et expirat eius officium, vel dignitas, nó expirat eius delegatio, quia delegata fuit causa personç, ut particulari, non aút ratione dignitatis vel officii, quia tunc non est dubiú expirare, ut si dicat delegatio tibi correctori ciuitatis Hispalésis cómittimus &c. Túc deposito officio correctoris expirat delegatio, et transfertur in sucessoré, secus si dicat, cómittimus tibi Petro vel Iacobo tali causá &c. quia tunc

túc quamuis officiú expiret, delegatio nó expirat, quia cō mititur personæ, et electa fuit eius industria. tx. cū gl. verbo substitutū in c. quoniā Abb. de officio deleg. et c. vltimo de rescriptis, et c. ne aliqui de præuill. lib. 6. tx. cū gl. verb. expirat, in. c. si gratiosse de rescript. lib. 6. tx. in. l. 4. ff

22 locati. † Et eodé modo quādo aliquid relinquitur alicui, sub nomine dignitatis et officii, ut Episcopo, rectori, et similibus, nó auté in tuitú et cōtéplatione propriæ personæ tunc licet decedat, qui talé habet dignitaté, et alius in eadē succedat dignitate, nihilomin⁹ tamē legatū debetur, ut notāt Bart, et alii, in. l. annua. §. Titia. ff. de annu. legat. et in. l ciuibus. ff. de rebus dub. et ratio est, quia dignitas nó moritur, sed séper eadé durat, ut in. c. si gratiosse de rescrip. lib. 6 et in. c. liberti. 12. q 2. quod etiā firmat Bald. salycet, et Raphael in. l. more. ff. de iuris omn. iud. et. dd. in. c. si gratiosse et in. d. c. quoniā Abb, et in. c. licet vndiq; de rescript. Angel. in auth. ut nulli iud §. et hoc gl. in Clem. fin. de procur Immol. in. c 2 de testam. li. 6 Bald. in auth, si tamé. C de tép appell. Oldrald. cós. vlt incipit: factū super quo &c. et hoc forte voluit dicere Abb. in. c. significauit. nu. 4. de rescrip. quod idé videtur dicēdú de aliis officiis, ut sūt iudices, prętores gubernatores, et alii † Quia successor in officio cum

23 præcedēti et antecessore idé censetur tribunal, ut. l propo nebatur. ff. de iud. Bart. Paul. de cast. et Ang. in. l 3. ff. iudic

24 solui, cum aliis. †. Quantum ad tertiú, quis potest esse delegatus, sum. Ang. verb. delegat. nu. 2. dicit: quod in foro ecclesiastico delegatus Papæ esse non potest nisi ille, qui est indignitate cóstitutus, aut Canonicus ecclesię Cathedralis, ut in. c. statutū de rescript. lib 6 nisi ex certa sciētia Papa causam cōmitteret, nó existenti indignitate, vt in. c. cū

25 vicesim⁹ de officio deleg. et. c. cū incúctis de electio. †. Vel si sit cóseruator, quia necessario debet esse in dignitate cóstitut⁹, et nó sufficit esse canonic⁹, quamuis cótrariú teneat

frater Emanuel Roderic. in sum. c. 185. 1. p. nu. fin: quod probat tx. in c. hac constitutione, de offic. delig. lib. 6. & ibi gl. verbo obtinentes, et ibi comuniter. DD: †. Vbi inuenies multas differentias inter delegatum et conseruatorem, et de hoc est gl. verb. præditis in d. c. statutum. †. Vbi etiam inuenies quæ sit dignitas adducens tx. in. c. quamuis de verbor. sig. et ibi gl. Sed delegatus a principe, vel ab alio potest esse qui libet qui non prohibetur. †. Vt seruus, quia iudex esse non potest, nec arbiter, ut in. l. pedius. §. fin. ff. de arb. quod fallit quãdo talis seruus creditur esse liber quia tunc si sententiam ferat, tenet, et valet propter eorum vtilitatem qui apud cum gerunt; ut in. l. Barbarius. ff. de officio præt. quamuis inueritate iudex non est, argumento tx. in. l. Hærenius modestinus. ff. de Decur. tx, in. §. sedere inst de testam. et in. l 1. C. de testam. et in. l. 3. in principio. ff. ad Macedo. et in, l. vnica. §. sed et quid domini. C. de lati. liber tollẽ. Sed quis potest esse iudex ordinari⁹, delegatus, vel arbiter, dicã infra. c 12. †. Sed pone ꝙ delegatus excomunicatus est, inquiro, delegati iurisdictio, erit suspensa per talẽ excomunicationem, an ea durãte poterit procedere in causa sibi delegata? Et Ref. quod poterit, secundum glosam, & Innoc. in. c. licet, de offici delegat, & in, c. si is cui, eod. tit lib. 6: specul. in tit. de offici, deleg. §. restat, vers. quid si super duobus Bart. in l. more maiorum. ff. de iurisdict. omn. iud. nu. 16. quod secus erit in Vicario, quia habet iurisdictionem ordinariam, et excomunicato Episcopo, suspẽditur Vicarii iurisdictio, tx. cum gl in. c. Romana de officio Viccarii lib. 6. De quo est videndus Abb. in. d. c. licet. nu 8. de offic. delegati. †. Sed quid si causa delegatur. clerico, & laico simul, inquiro, talis delegatio valet, an non? Et videtur quod sic, argumento. tx. in. c. dilecti de arbitr. Sed tamẽ contrarium est verum, quia talis delegatio, non valet, argumento tx. in. c. Massana de elect. et in. c. Ecclesiæ Santæ

Ma

Mariç de constitut, & in. c. quæ in ecclesiarum et in. c. aduersus de immunit. eccles. Sed hoc fallit quādo a Papa delegatur ex certa scientia, quia etiam mulieré signare posset. ut in. c. Menam. 2. q. 5. et in. c. si quos. 23. q. 8. et in. c. cum deuotissimam 12. q. 2. gl. in. c. decernimus de iudiciis et sic Resp. ad tx. in. d. c. delecti de arbitr. ibi: Romanum Ponticem causam commisisse Reginæ cum Archiepiscopi assistentia, et ex certa scientia † Præterea dubitatur an Gardiani ordinis minorum, vel priores mendicantũ, habeant dignitaté, ad hoc ut possint esse delegati, Et Res. cũ distintione, quod aut talis Prior habet in suo monasterio superiorem, ut ille qui est sub abbate, vel sub priore: et isti dignitatem non habent, aut non habent superioré, et tunc habet dignitatem, quamuis non sit perpetuus, et ideo poterunt esse delegati, de qua quæstione tractatur in summa Ang. verb. delegatus. n. 3. et Abb. in c. causam quę de iud. nu. 9 et in. c. per inquisitionem in. 2. notab. delect. specul. tit. de delegato. §. excipitur, vers. quid si fiat. Romanus in. l. 2. col. 3. ff. de verb. oblig. Perusius in. c. statutum de rescript. lib 6. in principio † Item inquiro vtrum quis teneatur acceptare subdelegationem. Innocent. in. c. Pastoralis, hoc tit. de iudice deleg. tenet quod sic, sed tamen respondendum erit cum differentia, et dicemus, quod si ille qui subdelegat, est a Principe delegatus, poterit cogere omnes etiam si non sint sui fori. tx. in. l. 2. C. qui pro sua iur. et. l. munerum §. iudicandi. ff. de muneri, et honor. secus si delegatus est ab ordinario: quia non poterit cogere hominem alterius fori, ut in. l. vltima. ff. de iurisd omnium iud. et. l. 1 ff. de tutor, et curat, dat. ab his. et in. c. Pastoralis in princ. de officio ord, & gl. in. c. Pastoralis de officio delegat. †. Et obiter est notandum, quod delegatus à principe non poterit cogere aduoccatum, recipere iudicium alibi, quā in suo foro, ut. l Sancimus in fin. ff. de aduocat. diuersor. iudic.

31 32 33

34 † Quarto, quæ possunt delegari, dicemus quod omnia poterunt delegari, nisi à iure prohibeantur, ut est consecrare, et ordinare, quia ista pertinent ad ordinem episcopalem, ita probat. tx. in. c. quod sedem de officio ord. tx.. cum gl. in. c. aqua: de consecrat. ecclesiæ, summa Ang. ubi. S. nu. 4.

35 †. Quinto et vltimo, quæ nā sit potestas delegati, dicemus quod potestas delegati, est stricti iuris, et ideo solum potest illud, quod sibi committitur, ut in. c. 1. de officio delegat. & c. prudentiam eod. tit. et. l. ad legatum. ff, de proc. et. l. si procurator. C. eod. tit. et ideo tenetur formam suæ commisionis, et delegationis, nimia cura et diligentia obserua re, et secundum eam procedere ut. l. diligenter. ff. mand. et In. c. cū dilecta de rescript. in fin. et in. l. si quis pro eo, ff. mandati, et in tantum hoc est verum, quo si contrariū fecerit, erit omne nullum, tx. in. c. venerabili, de iudice deleg et. l. 1. C. de appellat.

36 †. Vnde infertur quod semper debet attendere, et considerare mentem delegantis, et ipsamet ratio debet ipsum mouere, quę delegantem mouet, ut in. c. literis in fin. de rescript, et. c. quia Ioannes. 12. q. 5. et in. c. illud. 16. q. 6. et in. c. dudum. 18. q. 2

37 † Itaq; si contra intentionem delegantis pronuntiat sententiam, vel aliquem ex comunicat, non valet sententia, vel excommunicatio, et erit nulla, ut in. c. ad aures, et. c. causamq; de rescript. et in c. innotuit. de arbitris in fin. et c. fin. de Præb. & est gl. i. c. præsenti de sent. excom. lib. 6. quod est intelligendum, quando est data forma ab homine in excommuniatione ferenda, quia si forma non seruatur, excommunicatio non tenet, vel sententia, quia lata fuit contra intentionem et form am delegantis, ita concludit Abb. in. c. fin. de restit. spolia. col. 4. secus si non datur forma, quia tunc quamuis sit contra intentionem delegantis, valet, et tenet, ut dicit Abb. in. c. fin. de Præb. de quo est vidēdus Rodericus Xuares in suis allegat. allegat. 13. nu. 9

†. Sed

38 Sed queritur qualiter finiatur eius iurisdictio? et Resp. multis modis expirare. Primo expirat re integra per mortem delegantis, ut in.c.gratum de officio delegat. et in. l. eius 39 qui in princip. ff. si certũ petatur. †. Quod fallit in officio Inquisitorũ hæresis, quia nõ expirat morte cõcedẽtis, ut probat tx. in.c. ne aliqui de hæret. lib. 6. secũdo expirat per mortem illius contra quem mandatur iurisdictio re integra, ut in.c. significauit de rescrip. Itẽ expirat cursu tẽporis cõmissionis impleto, nisi prorrogetur iurisdictio, ut in.c. de causis de officio delegat. argumẽto: tx in.l. 1: in fin. C. de recept. arbi. et in.l. 2. § si iudex. ff. de iud & in.c. significante, et in.c. Rodulphus, et in.c, significauit de rescript: & in 40 c.cũ olim, et in.c. P. et. G. de officio deleg † Sed qualiter fiat prorrogatio iurisdictionis, et ad cuius instãtiã, vidẽdus est hosti, in sum. tit. de officio delegat. §. quibus modis. nu. 41 10. † In super, mihi obiter dubiũ offertur an iudex delegatus poterit tẽpus suæ cõmissionis interpollare, hoc est aliquo tẽpore illud detinere postquã semel procedit, et postea id cõtinuare, vt si mãdatũ habet ut procedat in tali causa per spatiũ triginta dierũ, ipse autẽ iudex cępit procedere in dicta commissione, per spatiũ quindecim et detinet causam, quatuor, vel quinq; diebus, et postea illã cõtinuat per spatiũ aliorũ quindecim ad supplementũ triginta dierũ in dicto mandato cõtẽtorũ, nõ facta mẽtione illorũ quatuor vel quinq; dubitatur, an tempus illud, mandati sit continuum, vel nõ? Et quamuis ego vidi in practica hanc quæstionem in quodam iudice delegato, qui tempus septem dierum interpollauit, tamen salua eius pace, illud reprobo, quia omne tempus cuiuscumq; mandati, et 42 delegationis continuum est, et ideo interpollari non potest, duabus rationibus. †. Prima ratio est, quia iuris dictio delegata, est stricti iuris, et ideo ampliari, neq; prorrogari potest, quia non extenditur ad aliud, quam

quam ad illud quod in mandato continetur, ut in. c. significante, et in. c. significauit de rescript. et in. d. c. cum olim, et in c. P. et. G. de officio delegati. † Secunda ratio est, quia tempus mandati, continuum est, et fere semper in eo dicitur, procedatis per spacium tanti temporis, quę verba, cótinuationem significant † Vt tempore decem dierum, ad appellandum asignatum, quod quidem tempus, continuũ est, ut in auth. hodie. C. de appell. et in auth. de appell. in principio colatione 4. l. 1. C. de feriis., et ibi gl. quod tenet Anton Bardus in suo tractat. de tempore vtili et continuo. c. 3. nu. 1. & de iure regio est. l 1. tit. 18. lib. 4. nouæ recop. in qua lege; dicta continuatio clare colligitur ibi: Pueda apelar hasta cinco dias del dia que fuere dada la sentencia † Et similiter ut tempus triginta dierum ad petẽdũ et recipiendum apostolos, quia tale tempus, etiam continuum est, ut Domini de Rota decisione. 366 n. 3. in nouis. † Est alia ratio, quia indubio, omne tẽp⁹ asignatũ à lege, debet esse cõtinuum, secũdũ glosam sing. in Rub. ff. de diuers. temp. pręscript. Imm. in Clem. 1. de in integ. rest. cui est similis in. c. 2. de temp. ordin. lib. 6. Ant. Gom. qui ad hoc multos citat authores 3. tom. var. c. 8. nu. 2. quibus rationibus bene colligitur iudicem delegatum tempus suæ commisionis interpollare non posse. †. Vnde infertur etiã bona et practicabilis quęstio scilicet terminum quinq; dierum concessum et asignatum a lege. 7. tit. 18. lib. 4. nouæ recop. ad appellandum, et ad presentationem appellationis in causis decem mille mora petinorum coram iudicibus consistorii ciuitatis, esse centinuum, quia tantummodo terminus quimque dierũ conceditur ad appellationem & pręsentationem simul, non aut ad tãtum appellandum, cú de rigore legis requiratur, quod intra quinq; dies a notificatione sẽtẽtię numeratis appelletur, & pręsẽtetur simul in tali consistorio, et non sufficiet appellare, et postea extra

tra quinq; dies ſe præſentare; quia eo ipſo appellatio erit nulla, et prima ſententia iudicis ordinarii, valida remanebit, quod quidem colligitur ex verbis dictæ. l. ibi: el apellante ſea tenudo de concluyr el pleito dentro de treynta dias dende el dia que paſſare el quinto dia en que ſe pudo apellar y preſentar: quæ verba denotant neceſsitatem præciſſam appellationis, et præſentationis ſimul, nam alias terminus a. d. l. aſsignatus quinq; dierum, et triginta ad allegãdum, et probandum, et decem ad terminandum, non eſſet continuus, quando quidem vterque terminus continnus eſt, et ſic numeratis triginta diebus ab vltimo die præſentationis et appellationis præſupponit, quod dicta præſentatio, debet fieri intra quinq; dies, et non extra † Quæ ratio etiam corroboratur, quia illa coniunctio, et copulatiua eſt, et eius effectus, eſt copullare, ut in. l. ea tamen et ibi gl. et Bart. ff. delegat. 3. Bald. in. l. 1. ff. de iuſtitia, et iur. Verbi gratia: vt ſi relinquatur legatum mille ducatorum Doctoribus iuris et medicis iſtius ciuitatis Hiſpalenſis, tale legatum compræhendit tam medicos quam doctores iuris, ut determinat Bald. in. d. l. 1. ff. de iuſt. et iur. Molina de primogeniis Hiſpa. lib. 1. c. 6. nu. 8. et fælin c. 2. de reſcript. dicit: quod ſi legatum relinquatur militibus & doctoribus, includitur ſimplex miles, et ſimplex doctor, quod etiam probat. Ioannes faber in §. ſi quis ancillas inſt. delegat. & ſic eodem modo in. d. l. 7. ibi, Dende el dia que paſſare el quinto dia en que ſe pudo apelar y preſentar, intelligitur expræſſe dictam appellationem, et præſentationem ſimul fieri debere intra quintum diem, et non extra, quod etiam corroboratur ex aliis verbis prædictæ. l. ibi. Y mandamos al Concejo do eſto acaeciere, que luego que por el apellãte fuere requerido dentro delos cinco dias nombren los dichos dos Diputados. &c; ergo requiritur quod intra quinq; dies appellationis, etiam præſentatio fiat, ad hoc ut de-

48

cu-

curiones consistorii iudices eligant. Item pro corroboratio ne huius conclusionis, est notandum, quod in his causis de cem mille mora petinorũ, et minoris summę. d. l. 7. dat for mã in iuditiario ordine, scilicet quomodo seruari debeat, et
49 sic nullatenus ab ea est recedendum, nullitatis causa † Nã quando aliquid requiritur pro forma in aliquo actu, si deficiat, actus annullatur; per tx. in l. 2 § si prius. ff. de vulga, et pupi. et in l. cum hi § sed et si. ff. de transact. et in l. illud in § sed si ita, et ibi Bart. ff. quod cuiusq; vniuer: nomine, et Guillem cerua. in. l. 3. taur. nu. 132. et sic ponés dicta. l. 7 pro forma iudicii quod intra quinq; dies fiat appellatio, et præsentatio simul, et intra triginta, partes dicant de sua iu stitia, testes et instrumenta producant., et suam iustificent causam, et intra decem iudices sententiam proferant, dicta forma seruari debet ut in. d. l. 7. continetur, quia non solũ mandatum est seruandum; sed etiam qualitas mandati vt in. c. cum venissent, ubi ad id notat Bald. de eo qui mittit. in posse caus. rei seruã. tx. in. c. Pisanis, et ibi Abb. in. 4. no tab. de restitut: spoliat. Bald. in. c. 2. circa principiũ de sent. et reiudic: Itaque si intra quintum diem non appellatur, et præsentatur simul: appellatio est nulla, et si intra. 30. testes et probationes non adducuntur, causa remanet de rigore le gis conclussa, et si iudices intra decem dies causam non deffiniunt, expirat eorũ iurisdictio, et prima sentẽtia firma re
50 manet, et valida † Quia iudices Consistorii sicut hodie per. d. l de partium consensu in maiorem summam decem mil le mora petinorum cognoscere non possunt, quia. d. l. cum sit limitata, limitatum effectum producere debet, ut in. l. age cum Geminiano. C. de transact. ita neque possunt di ctum terminum a lege asignatum prorrogare. De quo vi dendus est Azeued. in curia Pisana in lib. 4 c. 6. nu. 82. qui
51 multos ad hoc citat authores † Quod etiam procedit qua muis appellans sit minor viginti quinq; annis; quia ad huc

non

non restituitur aduersus lapsum temporis. d.l. neq; ecclesia, vel quælibet alia vniuersitas, vel respublica, ut per. d. Azeued. vbi. S. num 83. adducentem Cardin. in Clem. 1. de in integr. rest. lass. et alii relati per Aued. in respó. 26. n. 5. et per Auil. c. 49. secretæ syndicationis nu. 12. fol. 290.

52 Ioann. Gut. de jur. confir 3. par. c. 5. nu. 17. et. 18 † Vnde infertur, quod sententia a iudicibus consistorii pro lata lapso termino decem dierum, est nulla, tanquam a non iudice lata, secundum Abb. in c. de causis nu. 1. de officio deleg. et est communis opinio secundum eundem Abb. in. c. venerabilis. nu. 16. de iud. Paul. de cast. cons. 184. vol. 1 Auil. in cc. pretor. c. 49. secretę syndicat. verb condenar. nu. 5. fol 290. et clarius colligitur ex. l. 4. tit 26. p. 3. ibi: ninguna es la sentencia en que no se acertarō a juzgarla todos los juzgadores a quiē fue comēdado que juzgassen: e esso mismo seria quando les fuesse otorgado de juzgar hasta tiēpo cierto, y ellos diessen su juyzio despues que fuesse acabado aq̄l en que les fue otorgado poder de juzgar, et est tx. in. l. cū non eo die. C. quando prouoc. non est nesces. & videndus est Messia in. l. 5. Tolet. 10. funda. 1. part. num 47 fol. 23. & non obstabit dicere, quod post terminum appellationis sufficit præsentationem facere secundum formam leg. 2. titul. 18. libr. 4. nouæ recopil. Quia Resp. dictā. l loqui in omnibus causis ordinariis primæ instantiæ, non aūt in casu. d. l. 7. quia ibi est seruanda forma, ut. S. dictum est.

53 † Et Pono exemplum in testamento inscriptis, ad differentiam aliorum instrumentorum, nam de iure in quo libet instrumento sufficit quod tabellio testium nomina apponat, secundum tx. in auth. de hęred. et falci. colat. 1. §. si vero ab sunt aliqui, et ibi gl. verb. quantum ad hoc, et in auth. de fide instrument § sed et si instrumenta colatione. 6. et in l in donationibus. C de donationibus, & de iure regio etiā requiritur, quod testiū subscriptio appo

na

natur quando testes sunt tabelliones: secus si nó sunt, quia tunc sufficit quod tabellio supponat nomina trium testiũ vicinorum, et se ipsum subscribat, ut nunc practicatur, de quo est tx. in. l. 54 tit. 18. p. 3. et videndus est Montal. in. l. 1. et. 2. tit 8. lib. 1, fori leg: quod fallit in testamétis in scriptis quia de substantia testamenti necessario requirũtur septem testes subscripti in testamento, quia præsentes fuerũt ut in. l. hac consultissima. C. de testam. & in. l. penult. et ante pen. ff. eod. tit. et de iure regio est. l. 3. taur. quę in noua recop. est. 2, tit. 4, lib. 5. vbi de solemnitate testamenti pro forma requirũtur octo subscriptiones modo fiant ab vno teste, modo ab omnibus, scilicet, septem testium, et una testatoris, et signum tabellionis. Itaq; quamuis generaliter regula sit in quolibet instruméto hoc modo testes subscribantur, tamen in testamentis inscriptis requiritur forma specialis, ut. S. dictum est, et eodem modo in casu præsenti, nam quamuis in omnibus causis de iure regio, post quintum diem appellationis possimus nos præsentare intra certum tempus, vt in. l. 2. tit. 18. lib. 4. noue recop. Tamen in causis decem mille mora petinorum, et minoris quantitatis facienda erit appellatio, et præsentatio intra quintum diem ut. S. dictum est, quia sic pro fotma requiritur, nó autem post, quod intellige verum de rigore legis, non autem de æquitate, quia cum appellatio fiat, intra quintũ dié a lege assignatum, quamuis præsentatio fiat post, intra tres dies admittitur deffensio, maxime quando causa criminalis est, quia non iustum est quod propter ommissioné vnius diei in præséta tione iustitia partis grauatę pereat, quod ita vidi multoties practicari, et ita intelligenda est opinio Prestantissimi Doctoris Azeuedi. in. d. lib, Curiæ Pisanæ. 4
54 c. 6. nu 56. et nu. 107. vers. Dentro delos dichos cinco dias ybi aduoccatos tenentes contrarium increpat † Item est notandum quod delegati iurisdictio per appellationem in
ter-

terpositam à sententia diffinitiua expirat, nam is ad quem appellatum est infirmat, vel cõfirmat sententiã, vt in auth. de santiss. episc. § si quis contra aliquẽ, et in auth. si quis litigantium. C. de episc. aud. quia in hoc tẽpore suspenditur vt in. l. generaliter in principio. C. de reb⁹ cred. et in. l. præcipimus § si hæc appellatio. C. de appella. ibi: verb. extinguitur, vbi interprætatur, idest suspenditur, vt in. l. 1. in fin. ff ad Turpili. Item reuocatur iurisdictio si ab aliquo grauamine appellatur quando cumq; ante sententiã, quia partes cessant litigare coram iudice à quo appellatũ est, quousq; causa terminetur per illum ad quem appellatum est, ut in. c

55 dilecti filii § vltimo de resctipt. † Finitur etiã multis mo

56 dis vt per host. in summ. tit. de iud. delegato, nu. 4. † Sed pone quod corrector alicuius ciuitatis ponit substitutũ, hoc est, locum tenentem, in quiro, iste locum tenens habet plenam iurisdictionem ordinariã vt ipse corrector. Ad quod resp. quod talis substitutus vel locũ tenens, quando creatus, vel nominatus est a Principe habet eandẽ iurisdictionem ordinariã, quã ipsemet corrector, et dico nominatus a Principe, expresse, vel tacite, quia præcipue apud Hispanos in mandatis dicitur: tibi correctori, et locũ tenẽti per te assignato &c, ut tenet Couar. lib. 3. var. c. 20. nu. 4. Avẽ. de exequen. man. 1. p. c. 3. nu. 2. Gũdisal. Suarez de Paz in pract. c. de iudice eligendo. 1. Thom. 1. p. nu. 8. fol. 20. Ro

57 ber. Maran. de ordine iudiciorũ. 4. p. nu. 18. fol. 123 † Et hac de causa mortuo correctore durat ad huc officium talis substituti, vel locum tenentis, licet contrarium sit in Vicariis episcoporũ, et aliorum prælatorum secundũ Avẽd. vbi. S. num. 1. quamuis Couarr. in pract. quæst. c. 4. nu. 4. tenet contrarium, & eum sequatur Azeuedus in lib. Curiæ Pisan. 1. c. 2. nu, 4. verb. nuncupati. Sed tamen ego teneo opinionem Auend. quia vt. S dixi fere omnes prouissiones regiæ, dicunt creare correctores, & locum tenẽtes

eos spetifice nominando in aliquibus locis votum in curia habentibus, ut in. l. 11. tit. 5. lib. 3. nouæ recop et isti expræsse nominantur, et aliquando in reliquis locis quamuis non nominentur, dicitur, in mandato, tibi correctori, & locum tenenti per te asignato, quibus verbis tacite a principe nominari videntur, quod tenet Couarr. ubi. S. præcipue quando iam ceperunt vti officio, quia tanquam domini iurisdictionis possunt officio vti, donec Princeps alium correctorem prouideat, et ita vidi practicari, et disputari in ciuitate Pacensi patria mea, inter locumtenentem, et iudices rectores ciuitatis, et declaratum fuit per consiliũ supremum dictum locum tenentem, plenã habere iurisdictionem, et postea in eo permansit officio multis diebus, donec nouus corrector venit procreatus à rege

58 † Item quæro, an iudex delegatus posit recusari? et videtur quod sic quia Romanus Pontifex iudicibus suspectis causam excerta scientia non committit, ut in. c. cũ inter de except. et in. c. quod suspecti. 3. q. 5. et in. l. apertisime. C. de iudiciis, et ideo quando interuenit iusta causa suspitionis contra iudicé, potest recusari, vt probatur in. c. suspicionis. de officio deleg. et in. c. cũ speciali de appellat. et in. d. l. apertisime. C. de. iud. et. in. d. c. quia suspecti. 3. q. 5. et in. c. cui posit. de officio deleg. vers. committitur, et. §. quod sit eius officium, vers. salua reuerentia; et quia de recusatione dicẽdum erit in. c. 13 hæc in presenti sufficiant

59 † Restat nũc videre an iudex delegatus posit inuoccare brachii sæcularis auxilium, precipue si in mandato non continetur expressæ, et pro vna parte videtur quod non, quia cum iurisdictio delegata sit stricti iuris, est odiosa, et extraordinaria, et per consequens erit restringenda, et non extendenda ad personas in rescripto non comprehensas, ut in cap. edoceri, et ibi gl de rescript. & in. c. nonnulli eod. tit. et. c. fin. de officio deleg. Archid. in. c. officium de hæretic. lib. 6.

Sed

Sed tamen pro alia parte Innoc. contrarium tenet, in. c. significasti. de officio deleg. et Specul. in tit. de iudice deleg. § sequitur, vers. sed nunquid sæculare. Idem Arch. in. c. ad ministratores. 23. q. 5. quam opinionem Innocentii teneo veriorem † Quia quando aliqua res permittitur, vel prohibetur, omnia quæ ex ea sequuntur, permituntur, vel prohibentur, ut in c. præterea de officio deleg. et in. c. Prudentia § sexta vers. cæterû. eod. tit, et in. l. ad rem ff. de probatio. Federicus. cons. 195 dicens quod quando in iurisdictione ecclesiastica coertio non sufficit ad comprimendum contumaces, et inobedientes † Merito per sæcularé potestatem se iuuare debet ecclesia, sicut e contra, & ideo poterit brachium sæcularis auxilii inuocare, tx. in. c. 2. de maledi. et ibi gl. verb. potestaté. tx. in. c. sit in adiutorium, et in. c. quoniam idem. 10. dist. et in. c. cum aduerum. 96. dist. et in c. nec licuit. 17. dist. et in. c. quoniam inplerisq; in fin. de officio ordinarii, de quo videndus est, Segura de Aualos in directo. iudic. 2. p. c. 13. a nu. 30 per totû ubi multa de hoc inuenies.

(margin: 60, 61)

SVMMARIA Capit, Xi

ARbiter tenetur formam iuris seruare ad instar iudicis ordinarii. nu 1

Arbitrium quid sit. nu. 2

Compromittere an quis posſit in causis criminalibus. n. 3

Matrimoniales causæ an posſint compromiti. nu 4

Arbitri an de causis restitutionis in integrû, posſint cognoscere. nu. 5

Arbiter laycus an de re spirituali arbitrari posſit. nu. 6.

Arbiter quis potest esse. nu. 7

CAP. XI.

Mutus, ſurdus, furioſſus, et minor arbitri eſſe non poſſunt num. 8

Mulier, arbiter eſſe non poteſt, quia remota eſt ab officiis num. 9.

Quid de conſuetudine terræ,

Et an poſsit eſſe Arbitratrix,

Seruus an poſsit eſſe arbiter. nu. 10

Compromiſſum in liberum, et ſeruum, an valeat. nu. 11

Compromiſſum in ingenuum, et libertinũ, an valeat. n. 12

Infamis, an poſsit eſſe arbiter. nu. 13

Excomunicatus an poſſit eſſe arbiter. nu. 14.

Furioſſus habens dilucida interualla, an poſsit eſſe arbiter vel ordinarius. nu. 15 &. 16.

Monachus an poſsit eſſe arbiter, arbitrator, vel teſtamenti executor. nu. 17

Arbiter, quam habeat iuriſdictionem. nu. 18

Arbiter an poſsit teſtem falſum coram eo deponentem incidenter punire. nu. 19

Arbiter an poſsit ſuam exequi ſententiam. nu. 20

Arbiter an poſsit ſententiam proferre altera parte abſente, per contumaciam. nu. 21

Arbitrium quale eſſe debeat. nu. 22

Differentia inter arbitrum, et iudicem ordinarium, et arbitratorem. nu. 23. et, 24.

Confeſsio facta coram arbitratore, an valeat. nu. 25

Arbiter debet iurare quod iuſtitiã partibus ſeruabit. n. 26.

Arbiter an poſsit à partibus ſalarium habere. nu. 27

Partes an poſsint in iudicem delegatum ſuam cauſam compromittere, et per hoc videatur renuntiare reſcripto delegationis. nu. 28.

Compromiſſum factum in duos vel plures ſimpliciter, an unus ſine aliis, vel omnes ſine vno poſsint cauſam decidere, et quid de iure canonico. nu. 29.

Ar-

Arbiter tertius in discordia an debeat cum altero illorum primo electorum concordare. nu. 30
Arbiter electus tertius de partium consensu an possit solus iudicare, et qualis hodie hęc sit practica. nu. 31.
Arbiter an possit iudicare damnum temporale pro recompensatione alicuius rei spiritualis. nu. 32.
Symonia committitur si datur res spiritualis pro temporali. nu. 33
Compromissum factum cum iuraméto non contrauenié di sententiæ arbitri, an possit frangi sine periurio, vel quando ponitur in contractu. nu. 34
Dolus futurus exprę sse renuntiari non potest, nec tacite, sub generalitate. nu. 35
Dolus ex proposito, quando dicatur. nu. 36
Læsio quando et quomodo potest redduci. nu. 37.
Renuntiatio aliquid debet operari. nu. 38
Quando læsio est maxima, et inormissima, tunc in dubio videtur excepta, et non renuntiari, nu. 39.
Arbitrium boni viri, dicitur de iudice ordinario. nu. 40
Arbiter, an sine peccato possit de iure alterius tollere, et alteri dari pro bono pacis, et quid si est in maxima quantitate. nu. 41
Pæna requiritur in compromisso ad hoc vt valeat compromissum. nu. 42
Arbiter an possit recussari. nu. 43.

DE IVDICE arbitro.

Cap. xi,

1 ET quia arbiter est ad instar iudicis in procedendo et tenetur formam iuris seruare, tam in principio, vt incita

tione,& libelli oblatione,quam in medio,ut in productione testium,et in dandis dilationibus,et in fine,vt inferenda sententia,secūdū Abb.in.c. Quintaualis,nu.7.de iure iur. Bald.in.l.1.C.eod.tit.nu.8.tx.in.l.1.et ibi Odofredus. ff. de arb.et.l.penult.C.eod.tit.et est.l.24.tit.4.p.3.nūc quid sit arbitrium,quis possit esse arbiter:quam nam habeat iurisdictionem,et quibus casibus à iudiciis differat ordinariis,et quæ sit differētia inter arbitrum iudicē , et arbitratorē,videre cōuenit † Et quātū ad primū,quid sit arbitriū et eius deffinitio dicem⁹ ꝙ quamuis à DD. multę ponātur difinitiones tamē dicēdū est,arbitriū esse actū triū personarū sub arbitro litigātū: vel est causa volūtarie deducta inter duos aduersarios corā tertio deffiniēte in causa ciuili,hāc diffinitionē post sūmistas ponit Ioan.de Deo lib. 6. caut.c.2.de arbit.n.2.et Azo.in summa,nu.1.C.de recept. arbit.et est bonus tx.in c.à iudicibus.2.q.6 † Et est notādū quod diximus in causa ciuili,ad differētiā criminalis causæ,quia in criminalibus,nō potest quis cōpromittere,ut in c.penult.de in integr. rest.in.l.si quis excōsensu.C.de episc. aud.et in.c.fin.de trāsact.et in.l.nō distinguemus § Iulius. ff.de recep.arb.et in.d.l.24.tit.4 p.3.quod procedit quādo de illis agitur mere criminaliter,secus si agatur de crimine ciuiliter,ut in.l.quid ergo § ex cōpromisso,ff.de his qui not.infam.et in.l.cū proponas ff.de reb.cred.† Quod idē dicendum erit de causis matrimonialibus, quia compromitti non possunt , cum per iudices discretos potestatem iudicandi habentes tractari debeāt,ut in c. penult. de in integr.rest.textus in.c.ex literis de consang.et affin. tex. expressus in.c.ultimo de transaction.

† Item de causa restitutionis in integrum , arbitri cognoscere non possunt , ut in d. cap. penultim. de in integ. rest.Socin.in reg.1.47.et ratio est , quia causa ista maiores requirit iudices, qui hoc ex suo officio faciant , et ita arbitri

bitri principaliter cognoſcere nõ poſſunt, ſecus ſi inciden ter, ut ſi incidat quæſtio reſtitutionis in negotio de quo compromiſſum eſt, tunc incidenter poſſunt de reſtitutione cognoſcere, vt in leg. quoties. C. de iudiciis, et in. l. 1 C. de ordin. iud. et in leg. interlitigantes. ff. ad municipales, & in leg. fin. vbi et apud quem, et gloſ. verb. niſi de his, in

6 c. cum dilectus de arbit. † Item arbiter laycus non poteſt in re ſpirituali arbitrari, niſi de licentia ſuperioris, de tali cauſa ſpirituali cognoſcentis. ut in. c. per tuas. 9. de arbit. Innocencius in. c. contingit, num. 1. eodem titul. alias talis arbitri ſententia, nulla erit, ut in. c. 2. de reiudicata, et. l. 1 § item cum contra ſacras ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcin. & tunc non appellatur, ſed dicitur nulla, ut in. leg. fin. § expræſſum ff. de appellation. ſumm. Ang. §. arbiter. nu.

7 8. †. Quantũ ad ſecundũ, quis poſsit eſſe arbiter, reſp. ꝙ arbiter poteſt eſſe ille, qui à partibus nominatus fuerit ad talem cauſam arbitrandam, ſi non eſt excluſſus a iure.

8 † Vt mut', ſurdus, et furioſus, quia iſti tales, arbitri eſſe nõ poſſunt, ut in. l. ſed et ſi inſeruũ ff. de arbit. tx. in. c. infames § tria. 3. q. 7. neq; pupillus, neq; minor viginti et quinq; annis, ut in dictis iuribus, et in. l. cũ lege. ff. de arbit. Quamuis Ant. de Ayora in tract. de particione. 1. p. c. 4. n. 2. cõtra-

9 riũ inferat † Neq; mulier, vt in. l. fin. C, de arb. et in. c. mulierẽ. 23. q. 5. et in. l. cũ prætor, §, nõ autẽ ff. de iud. et ratio eſt, quia mulieres, ſũt remotæ ab omnib' officiis publicis, vel ciuilibus, ut in. leg. 2. ff. de reiudicata. Decius in lege fœminæ. ff. de reg. iur. niſi de conſuetudine terræ aliud ſeruetur, vel ſit pręcellens fœmina, ut in. c. cum deuotiſsima 12. q. 2. et in. c. Menam. 2. q. 5. et in. c. dilecti filii de arbitr. & ibi gloſa ſumm. Ang. verb. arb. numer. 3 ſed tamen bene poterit eſſe arbitratrix, quia non requirit procedere iudicialiter, ut in dit. ſumm. Ang. vbi. S. Abb. in cap. Quintaualis de iure iurand. nume. 2 de quo mul-

10 ta dicam. c. 12. num. 38 † Item, seruus, arbiter esse non potest, ut in. l. Pedius. § in seruum. ff. de arbit. et in. l. stypulatio ista. § hi. ff. de verb. oblig. et in. §. sedcum factum. inst. de seruor. stit. glo. verb. et in seruum, in. leg. illa verba. ff. de. verb. sig.

11 † Sed potest hic dubitari, quid si cópromissum sit in liberum, et seruum, valebit ne sententia? resp. quod aut cópromittitur quod valeat sententia alterius vel amborum simul, quantum ad primum, si solus liber pronuntiat, valet secus si compromittitur ambobus simul, et tunc, talis sententia non valet, quia compromissum fuit nullum, ut in. d. l. Pedius ff. de arbitr. Host. in sum. tit. de arb, nu. 3. vers. et si

12 cópromissum † Sed hoc fallit in ingenuo et libertino, qui arbitri esse possunt, cum integrę famæ sint, ut in. d: §. tria. 3. q. 7. vers. cognitores † Item in famis potest esse arbiter,

13 ut in. d. l. pedius et ibi: DD. & in d. §. tria, ibi: nihil enim refert, eum qui arbitrium suscepit, an sit integræ famę, an ignominiossus, quod tenet Anton. Ayora in tractatu de par-

14 titione, 1. p. c. 4. nu. 3, †. Item excomunicatus, arbiter esse non potest, quia habendus est sicut Ethnicus et publicanus secundum illud Matth. cap. 18. ibi: si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et publicanus, et Paul. 1. ad Corinth. c. 5. dicit; cum huiusmodi neq; cibum sumere, et in. 2. ad Thesalonis. c. 3. inquit: si quis nó obedierit verbo nostro, per epistolam, hunc notate, et non commisceamini cũ illo ut confundatur, et in epist. D. Ioann. c. 1. dicitur: si quis venit ad nos, et hanc doctrinam non affert; nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. De quo est. tx. c. ipsi Apostoli, et. c. excommunicatos, &. c. cum ex communicato et. c. ad mensam. 11. q. 3; &. c. nuper. c. inter alia, de sent. ex com. tx. in. l. 1. et. 33. tit. 9. p. 1. dueñas in reg. et fal. reg. 268, & quia partes cum excommunicato maiori excommunicatione, participare nó possunt; ut in auth. de præuileg. do.

in.

infin.et. c.ad probandū,de reiudi,et iniuri. S,alegatis,ideo excommunicati,arbitri esse non possunt,et dicam.infra.c. 25 12 † Sed supradictum fuit quod perpetuo furiossus arbiter esse non potest,ergo si habet dillucida interualla , bene poterit,ut in.l.cum furiosus.39.ff.de iud.ubi dicitur quod valet iudicium factum coram iudice furiosso , tépore quo habet dilucida interualla.Sed tamen cótrarium est verum, quia arbiter suis partibus debet fungi;non datis extrinsecus dilationibus propter suas necessitates;quia non habet 26 iurisdictionem † Iudex vero ordinarius habet talem legationem legalem,quia habet iurisdictionem,et ideo furiossus dilucida habens interualla,potest esse iudex ordinari9, non auté arbiter.tx.in.l.ait prætor,ff.de reiudic,et est bona gl.verb.addicitur in.d l.cum furiossus.39.ff. de iudic. qui tx.sic est intelligendus,ut loquatur non de arbitro,sed de ordinario,et Bald.ibi:quamuis Angel.aperte contrariū tenet,& vide quæ dixi tam de furiosso, quam de muliere. 27 c.12 † Item monachus,arbiter esse non potest,nisi de licétia sui superioris,et vtilitate monasterii;argumento.tx.in. c.2.de testam.lib.6.ubi executor testamenti esse nó potest nisi licétia superioris;et utilitate monasterii,quāuis act9 fauorabilis sit,ergo neq; arbiter,quia nó habet neq; velle neq; nolle,ut in.c.nó dicatis.12.q.1.Bald.l.si qui ex cōsensu. C.de episc.aud.sed tamen bene poterit esse arbitrator,quia officium pietatis est reducere discordantes ad concordiā, argumento tx.in.c.iniustum.11.q.3.et.l.si societatem.ff. pro socio,et c.peruenit dist.86.et dixi.c.12.nu.5.

18 † Quantum ad tertium,quam nam habeant iurisdictioné, dicemus , quod nullam habent jurisdictionem , nisi notionem voluntariam datam , à partibus , quæ ab arbitris in sua fide recipiuntur,ut in.l.ait prætor.ff.de reiudic. et ibi Bart.nu.3.idem Bart.in.l. solet ff. de iurisdict. omn. iud.et in.l.1 § et post operis.nu.1.ff.de noui.oper.nūc. idé

19 affirmat Ioann. de Deo lib. 6. caut. c. 2. nu. 1. † Vnde infertur quod iudex arbiter non poterit punire incidenter testem coram eo productum, et falsum deponentem, et alia similia, quia iurisdictionem non habet, sed poterit eum remittere ad iudicem competentem, qui delinquenté puniat, secundum delicti qualitatem, vt tenet specul. tit. de teste. § 1. nu. 46. vers. quid de arbitro, et Bart. in auth. de testibus. §. si vero quidem. nu. 5 † Item similiter arbiter nõ poterit
20 exequi suam sententiam, sed iudex ordinarius exequitur, de quo est bona gl. verb. authoritate in. c. per tuas infi. de arbit. et est tx. in. l. à Diuo Pio ff. de sent. et reiud. Ioann. de
21 Deo ubi. S. nu. 10. tx. l. fin. tit 4. p. 3 † Item non potest sententiam proferre altera parte absente per cõtumaciam, nisi sit positum in compromisso, vt in. l. diem proferre. § si quis ff de arbi. sed debet suum arbitrium proferre partibus citatis, ut in. l. nam ita diuus ff. de adoptio. & in. l. de vno quoq; ff. de reiudic. & in. l. si enim tres, cum sequenti. ff. de arbit. et in. c. ex ratione. de appell. Bart. et. DD. in. l, si arbitratu, ff. de verb. oblig. et. l. 27. tit. 4. p. 3, & túc cũ cósilio peritorũ, ita Antonius de Butrio. in c. vt debitus, de appel. vbi alegat quę habentur in. c. ne innitaris de cóstit. dicens quod si committitur aliquid iudici expediendũ secundum quod sibi videtur, intelligitur, habito consilio peritorum, quod etiam voluit in. c. 1 de const. qué sequitur Cardin. et Alex. in d. c vt debitus, de appel. col. 2. Felinus in. c. quo-
22 niã frequenter. § porro, ut lite nõ cõtestat† Et ratio est, quia arbitriũ debet esse iuri et æquitati consonũ, alias non valet. ita Ludouic. Roman. cós. 376. alegans gl in. l. eas causas ff. de condi. et demonst. et late Hypolitus de Mars. in pract. crim. nu. 24. § diligenter; et in. l. questionis modũ. ff.
23 de quæstio. nu. 71. cũ sequétibus † Quantũ ad quartũ, in quib⁹ casibus differat arbitriũ a iudicio ordinario, dicem⁹, arbitriũ in multis differre, quia arbitria cũ incedãt stricta

via arbiter nihil facere potest extra cõpromissum quia nul lã habet iurisdictionẽ, nisi tantũ illã, quæ a partibus cõcessa est, vt in. l. nõ distinguemus §. vlt. ff. de arbit, et. l. si cum dies § plenũ ff. eod. tit. quod enim secus est in iudicio, quia in eo veniunt omnia, quæ expræsse nõ prohibentur, ut in c. cũ ecclesia de caus, pos. et. l. solemus ff. de iudi, et de hac quæsti: vide gl. verb. nisi de his. vers. circa ista, in. c. cũ dilectus de arbitris; vbi ad plenũ inuenies omnes differentias inter arbitriũ et iudicium

24 † Quinto et vltimo quæ nã sit differentia inter arbitrũ et arbitratorẽ resp. quod arbitri sunt illi in quibus fit a partibus compromissum, et isti tenẽtur iurisdictionẽ seruare, quia talia arbitria redacta sũt ad instar iudiciorũ, ut. l. 1 ff. de arbit. et in iuribus in princi pio huius, cap. allegatis, et coram istis proponẽdę sunt actiones, et sic sumuntur super re litigiosa, et incerta; vt de ea cognoscatut, quod etiam fit cum pænę stypulatione, ut infra dicã. nu. 42. istius. cap. de quo est tx. in. l. litigatores. § 1. et in. l. non cogẽdũ. ff. de arbit. Abb. in. c. Quintaualis nu. 7. 9. et. 10. de iure iur: arbitrator vero est amicabilis cõpositor, neque summitur pro re litigiosa, neq; cognoscitur cũ figura iudicii, sed vt cõponat, et pacificet, et quod certũ est diuidat, vt in societate, quã certũ est fuisse contractã et eligitur vt det cuilibet suã certã partẽ quæ cuilibet in societate pertinet, vt in. l. societatẽ. §. arbitrorũ ff. pro socio, nec tenetur iurisdictionẽ seruare. quod traddit Abb. vbi. S. et ibi scribentes nu 7. Bart. in d. l. si societatẽ § arbitrorũ n. 7. Specul. tit. de arbit. et arbitrat § 1. nu 2. et. 3. Alex cõs. 13 nu. 7. vol. 1: Iass. in § omniũ. nu. 12. cũ sequẽtib9 instit. de action. et tx. l. 23 tit. 4. p. 3. tex § prætiũ instit. de emptio. et vẽdi et. l. si quis arbitratu ff. de verb. oblig. et. l. fidei commissa § sic fidei commissa ff. de legat 3

25 † Vnde infero q̃ cõfessio facta corã arbitratore, nõ valet tanquã cõfessio iudicialis, sed tanquã extraiudicialis, cũ facta nõ sit

in iudicio, ita Alex. in d. cons. 13. num. 7. vol. 1. et cons. 19 num. 4. vol 4. vers. si ergo iudicare debet, et Bald. l. 1. C. de confes. num. 75.

26 † His omnibus præsuppositis, est notādũ quod talis iudex arbiter tenetur iurare quod iustitiam partibus seruabit, per tx. l. rem non nouam. C. de iudic. quod affirmat Montalu. l. 1. tit. 7. lib. 1. fori leg. in gl. verbo juren. quæ forma iuramenti posita est in l. 6. tit. 4. p. 3. et in l. 3. tit. 9. lib. 3. nouæ recopilation.

27 † Sed dubitatur an iudex arbiter possit habere salariũ a partibus, et resp. quod talis arbiter per compromissum nominatum, potest habere salarium, quod tener Bart. in. l. fin. C. de princ. ha. in reb. lib. 12. in fin. Henrriqus in. c. cum ab omni in fin. de uit. et honest. cleric. maxime si propter causam proficiscuntur vel a suis propriis negotiis distrahuntur, vel vbi sunt tales, qui de suis laboribus viuunt, et alias suum officium illis damnum afferret, quod esse non debet.

28 † Item est alia quæstio, quid si arbiter esset prius delegatus inter partes in eadem causa, et ipsę partes in ipsum delegatum causam compromittunt, an videantur renuntiare rescripto delegationis, et per consequens possit habere salarium, quando quidem iam videtur habere iurisdictionem ratione compromissi, non autem rescripti: et ad primum resp. non renuntiare rescripto, immo ex vtraq; authoritate hoc est, ex rescripto et compromisso intelligitur procedere, ita tenet Bald. c. 1. §. inter partes delegat. de quo est tx. sing. in c. nisi essent depræbend. & c. cum olim. & c. in notuit de arbitris, et sic quantum ad secundum, salarium habere non potest, ut in iuribus. S. allegat

29 † Sed pone quod tres vel plures iudices arbitri per partes simpliciter nominantur, ad hoc ut causam decidant; dubitatur an vnus sine aliis. vel omnes sine vno possint iudicare, et causam decidere, et resp. quod vnus sine aliis non potest, sed omnes simul

mul in eodem tempore, & loco, & si noluerint concordare, præualebit maior pars, dumtamen omnes simul adsint, & sint præsentes ad causam deliberandam, secus vero, si quis eorum sit absens vel mortuus, quia tunc sentẽtia nõ valet vnius, nec maioris partis, quamuis sit citatus, vel requisitus, & habeat iustam causam, vel non, quia sententia, et ratio vnius absentis, potuit alios trahere in suam, de quo est tx. l. si in tres. ff. de arb. & l. item si vnus. §. item si plures ff. eod. tit. & l. diem pro ferre §. si plures eodem tit, & utrobique glos. Ordinar. & ibi. DD. communiter, & l. 28. & 32. tit. 4. partit. 3. quamuis in quantum ad absentiã contrarium sit de Iure Canonico, nam citato absente, & requisito, et non comparente ad iudicandum, alii, negotium possunt deffinire. ut in. c. fin. de arbit. lib. 6. & ibi communiter. DD. quod tamen seruandum est in terris ecclesiæ, cum materia spirituales sit, secundum glosam et doctores in. d. c. fin. verb. lex. ciuilis in fin. de arbitr. Bart. l. itẽ si vnus §. item si plures nu. 1. et. 2. ff. de arbit. idem etiã est intelligendum tantum, quando vnus ex arbitris sit absens et contumax, secus si mortuus, quia ibi non cadit citatio, nec contumacia, secundum Dominicum ibi col. fin. et Ancarra. et. DD. cõmuniter, et est tx. l. 20. tit. 4. p. 3. vers. pero si a la razon † Sed quando isti iudices non concordãt, 39 tertius in eorum discordia summitur, qui quando assumptus est, ex dispositione statuti, vel cogente prætore, tunc solus non potest, ita videtur tenere gl. in. d. l. item si vnus. §. fin. verb. authoritate ff. de arbit. Abb. in. c. suspitionis de officio deleg Ioann. Andr. et Bald. in apost. ad speculato. de arbit. §. sequitur vers. sed nunquid iste, verb. præcepto. Contrariam vero partẽ, scilicet quod talis arbiter possit solus iudicare, etiam ab vtroque discordando tenet gl. in. d. l. item si vnus § fin. et ibi Bald. idem tenet in apostilis. 2. lectura in fin. ibi. Iacob. de Aretin. in. l. quod si for-

te.

te § 1. ff. de solut. Bald. l. iubemus. C. de appell. et in d. l. itē si vnus § fin. ff. de arbit. ubi dicit: quod tertius electus ex necessitate, vel statuti, vel iudicis authoritate, potest ab ambob⁹ discordare, sed quod ipse nō habeat iudicare, quia arbitri iudicant de voto ipsius, tenet Speculat. tit. de arbit. § sequitur, vers. sed nunquid ista, cum sequēti Felin. in d. c. suspitionis. Bart. l. si dominium ff. de furt. Angel. cons. 152. Socin. cons. 54. versiculo, tertius casus, Corneus cons. 120. vol. 2. Paul. Castrens. in l. in afferēdis. C. de appellat. Card, in d. cap. suspitionis, vbi dicit quod ante latam sententiā per illos duos, potest ab omnibus discordare, licet lata sententia non teneantur ad hærere opinionibus. Et est verum quod illam distinctionem, an sententia sit lata, vel non reprehēdit ibi Immol, Idē tenet Angel. in l. quod si forte § 1 ff. de solutio. in fin. Hypolit. de Mars. singul. 162. tenēdo istam vltimam partem quę magis communis est † Sed tamen ista sententia adhuc limitatur, quia hoc non procedit in tertio electo de partium consensu, nam ille non potest solus iudicare, sed nescesse est, vt cum altero se concordet, ita Bald. in l. iubemus. C. de appell. Bart. l. si dominium ff. de furt. Paul. Cast. in l. si offerendis. C. de appell. Felin. cons. 161. licet contrarium vellet Immol. in. d. c. suspitionis in fin. de officio deleg. An autem possint duo pronuntiare, si tertius recessit, et per se separatim dixit sententiā, vide Fœlin. c. causam de officio deleg. vers. tertio limitat. Sed tamen hodierna practica est, quod vna quæque pars, suum signat arbitrum, et isti duo pronuntiāt sententiā, modo concordent, modo non; de qua sententia per iudicē ordinariū, datur partibus copia, et pars grauata, dicit de sua iustitia, et quia non cōcordant, iudex de suo officio tertiū signat: qui tertius inspecta prima sententia duorū arbitrorū, et allegatis, et probatis, suam pronuntiat, et si adhuc iste arbiter tertius non concordat, ad minus cū altero illorū,

31

iudex ordinarius causá deffinit, pro vt sibi melius, et æqui us videtur, quia totú iudiciú præcipue diuisionis bonorú, pendet ex iudicis arbitrio vt in. l. ad officium. C. comuni diui. et in. l. ante penult. ff. famil. hercis. et in. l. 10. tit. 15. p 6. ibi: Poderio ha el Iuez ante quien pidieren la particion los herederos dela mandar hazer en la manera q̃ el entendiere que sera mas guisada. Et si tertius ille cum altero illorú concordat, illud dictus ordinarius approbat, et executioni mandatur, data fideiussione, non obstante appellatione, per tx. in. l. 4. tit. 21. lib. 4. nouę recop. quod quidem etiá procedit cú arbitris assignatis circa liquidationé partitionú, et numerationú, vel bonorú taxationé, per tx. in. c. 49. Madriti anno. 1583. publicatum, quod in noua recopilatione est. l. 24. tit. 21. lib. 4 † Item inquiro, an arbiter pro recópensatione alicuius rei spiritualis, possit iudicare damnú temporale, et resolutiue resp. quod non; quia cum arbitrium, videatur quidam contractus, ut in auth. ut dife. iud. §. 1. † Et quemadmodú per viam contractus nó potest dari aliquid temporale pro spirituali sine Symonia, ut per totum tit. de Symonia; sic neque per viam arbitrii, ut tenet Abb. in. c. fin. de rerum permut. Sum. Ang § arbiter: num. 7 † Sed quid quando quis cum iuramento dixit se stare sententiæ arbitrorum, inquiro poterit sine periurio petere reductionem illius arbitramenti ad arbitrium boni viri, præcipue quando tale arbitramentum iniquum est et quamuis Abb. in. c. Quintaualis, de iure iurand. multas recitat opiniones, tamen mea est, quod aut talis deceptio sententiæ, vel alicuius contractus interuenit ex proposito arbitratoris, aut interuenit re ipsa sine dolo, et quãtum ad primum resp. quod respectu cuiuscunq; lesiones potest peti reductio nó obstáte quocunq; pacto † Quia sicut expresse nó potest renúciari dolus futurus, ut in. l. si vnus: § illud nulla. ff. de pact: ita neq; tacite sub generalitate verborum

quod

32 33 34 35

36 quod sequuntur DD. communiter ibi † Sed dicitur dolus ex proposito, quando scienter per fraudem, gratiam seu odium aggrauat partem alteram † Quantum ad secundum

37 si læsio est modica, nó potest peti reductio, ut in l. fide meis § recepisse. ff. de arb. et hoc extenditur, etiam si renuntiatio non interueniat, vt in c. si essent de pręb. secus si læsio non esset modica, quia potest redduci; et hoc tenetur communiter, quod verum erit quando non interuenit renuntiatio, nam si interueniat, † tunc renuntiatio aliquid

38 operatur, argumento tx. in. c. si Papa de præuil. lib. 6. et in c. in his, eod. tit. et in. l. si quando. C. de in offic. testam. & sic poterit redduci, ratione renuntiationis † Sed quando

39 læsio est maxima, et ęnormissima, tunc læsio in dubio videtur accepta, argumento, tx. in. l. omnes § Lucius ff. de his quæ in fraudem credi, et quod possit redduci, est tx. in. l. si quis cum alter. ff. de verb. oblig. & sufficit quod non fecit arbiter ille sicut bonus vir facere debuisset, ut in. l. si libertus ff. de oper. libe. et ex quo maxima læsio non fuit expressa, non debet trahi vltra intentionem agentis, ita tenet Bald. in. l. penult. C. de arb. D. Anton. in. c. Quintaualis de iure iur. et videndus est Ant. Gabriel. 2. lib. comu. opin. concl. 3. per totam, ubi de hoc late inuenies, et quantú ad juramentum ita est intelligédus tx. in. l. 12 tit. 1. lib 4 noue recopi. et nota quod magna quantitas dicitur respectu personarum, vel causæ, secundum Bald. in. l. cum filius §. hæres meus ff. de leg. 2. et est bona gl. in. c. finali. de reiudic lib. 6 † Et notabis, ꝙ quando relinquitur arbitrio boni

40 viri, intelligitur de iudice ordinario loci. gl. in. c. statutum de rescript. lib. 6. Specul. tit. de arbi § 1. vers. sed quis, tx. in l. cótinuus § cum ita, ff. de verb oblig. et in. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. loc. et. l. vir bonus. ff. iudi. solui. et. l. 31. p. 7. in regul. iur † Vltimo quęro, an arbitrator possit

41 sine peccato de iure alterius capere, et dare alteri pro bo-

no

no pacis? Panor in.c.quintaual.tenetq; sic, & allegat tx.in c.sed.& si in seruū.§.si quis, et tx.in.l.si quis de meis.§ recipisse.ff.de arbi.tx.cū glos.in.c.nisi essét, de præbéd. & in. c.is cui.& ibi Abb de maior, & obed. & in.l.societaté. 2. § arbitrorum.ff.pro socio. quod extenditur non solum in casu dubio, sed in casu scito, & clare intellecto cum faciat pro bono pacis, quia multumquidem lucratur, qui à lite recedit, argumento eorum quæ notātur in.l.Lucius in fin, ff.ad Trebelian, Sed hoc restringitur, quando nimis læditur pars enormiter, quia tunc poterit. Ita Abb, in, c.fin. de

42 transact. † Et sic pro complemento istius capituli: hoc omne quod dictum est de arbitro, est intelligēdum ad hoc ut valeat compromissum, & stetur arbitrorum sententiæ quod in dicto compromisso per partes firmato pœna interueniat, vel pignoris datio, vel aliquid aliud loco pœnę, vt in.l.non distinguemus.§.1.ff.de arb. & in.l 1 C.eod & in.l.litigatores.§ 1 & in.l.non colligitur ff. eod, tit. & tx. in, c.dilecti, hoc titulo de arb, &.l.26, tit.4 part.3, ibi, otro

43 si &c † Sed si arbiter potest recusari, vel non, vide quæ dixi infra.cap.13, numero, 2.

SVMMARIA.

Cap, Xii.

EX comunicatus iudex esse non potest ordinarius, neq; arbiter, nequæ arbitrator num. 1.

Acta per iudicem excomunicatum, an valeant. nu. 2.

Sententia, à iudice excomunicato prolata, an valeat. nu. 3.

Sententia à iudice hæretico pro lata, non valet. nu. 4.

Monachus, iudex esse non potest, quia tanquam mortuus reputatur quo ad sæculum. nu 5.

Monachus testari nō potest, quia nihil propriū habet. n. 6.

Monachus non obligatur ciuiliter, neque naturaliter. n. 7

In famis, quis dicatur de iure vel facto. nu. 9.
Notarius, vel tabellio, accusatus de crimine falsi, an pendente causa, poterit instrumenta conficere. nu. 10.
Ratione dubij potest fieri aliquid, quod non fieret in casu certi, & ita declaratio delicti, non rescindit, id quod iam factum est interim ratione dubitationis. num. 11.
Seruus, an potest dari Curator, & quando. num. 12.
Opinio communis quod quis sit in libertate, vel in aliqua possessione, multum operatur. num. 13.
Opinio alicuius grauatur; si delatus est de crimine aliquo vel infamia. num. 14.
Pendentia accusationis, vel denuntiationis, non priuat quẽ iure acquisito, neq; exercitio illius iuris etiam si sit cõdemnatus, & appellauit. nu. 15.
Appellatio rescindit sententiam pronuntiatam. num. 16.
Excommunicatus per sententiam, si appellat, an pendente appellatione posit euitari. nu. 19.
Damnatus ratione furti, si appellat an habeatur pro infame, interim quod durat appellatio. nu 18.
Inhabiles ad testandum, per appellationem efficitur habilis. num. 19.
Crimen quando est notorium, an criminossus audiatur appellans. num. 20.
Confessus, & conuictus, an audiatur appellans. nu. 21.
Statuta facientia mentionem de conuictis, non conprehẽdunt confessos, quia requiritur quod sit quis confessus, & conuictus simul. num. 22.
Delinquens repertus in fraganti crimine, non auditur appellans. num. 23.
Alimentorum causa, an executioni mandetur, non obstãte appellatione. num. 24.
Alimentorum causa, sumarie tractari debet. num. 25.
Appellatio, quibus casibus admittatur; vel non. num. 26.

Pœna

Appellans iniuste,an peccat,vel non.num. 27.
Pœna iudicis qui appellationem non admittit.num. 28.
Obedire supperioribus,iustissimum est,num. 29
Appellatio est de iure diuino,& humano.num. 30.
Appellatio est deféssio,quæ provenit à lege naturali.n. 31.
Executio sententiæ potest resisti , si iuste ab ea appelletur. num. 32.
Culpa est,culpam non punire,quia respublica offenditur, numero. 33.
Seruus,judex esse non potest.num. 34.
Surdus,mutus,& perpetuo furiosus et cecus,iudex esse nō potest.num. 35.
Furiosus habens dilucida interualla,an iudicare possit. numero. 36.
Arbiter , non potest iudicare,quamuis habeat dilucida interualla.num. 37.
Clericus,iudex esse non potest.num. 38.
Mulier non potest esse iudex,neq; arbiter.num. 39.
Fœminę,propter sexus,fragilitatem,moles existunt ad iúdicia discrete exercenda.num 40.
Fœmina,timidior est masculo.num. 41
Fœmina,consilij incapax,& imbecilis est, quia genus earum,semper varium,& mutabile reperitur.num. 42
Fœminę,variabiles,littigiosæ, superbæ,incredulæ,et superstitiossæ sunt.num. 43.
Fœmina,secretum tenere nescit.num. 44.
Mulier,de consuetudine iudicat,quia defficiente viro,succedit in commitatu , & alijs dignitatibus, quod etiam procedit de iure diuino.num. 45.
Consuetudo,seruatur vt lex,quia obtinet vicem legis.numero. 46.
Textus in capitulo consuetudines,distict. 11 . declaratur. numero. 47,

Consuetudinis præscriptio.num.48.

Mulier,in multis,est deterioris códitionis quam vir, & in multis,est melioris. nu.49.

Mulier, pro debito ciuili non carceratur, cum fallentiis. numer.50.

Damnati Sancto Officio Inquisitionis, ñeq; eorum filij, & ne potes,iudices esse non possunt,neque alia habere officia.nu.51.

Pena statuta contra filios,et nepotes,hæreticorum,an extendatur tam ad iam natos,quam ad nasc ituros,et discutitur late: num. 52.

Contractus factus à delinquente ante delictum, tenet & valet.num.53.

Tabellio & notarius condemnatus de falso commisso in suo officio,an posint instruméta conficete de nouis cótractibus,post commissum delictnm celebratis,vel an poterit vætera instrumenta ante delictum confecta publicare.nu: 54.

Filii,& ne potes, priuantur honoribus propter delictum patris,vel aui,si post delictum nascuntur nu.55.

Filius Senatoris,gaudet præuilegio, et dignitate Patris, si nascatur ante quam pater remoueatur à Senatu, secus si post.nu,56.

Libertus,si redactus in seruitutem fúerit propter ingratitudinem,filii eius postea nati,efficiuntur serui,secus si antea nascantut. nu 57.

Filii,aut ne pot est nati,ante dignitatem Patris, non fruuntur eadem dignitate,secus si post dignitatem nascátur.num.58.

Filii,aut ne potes nati post delictum patris commissum; dicũtur nati ex infecto,& reprobato sanguine, & ideo illis datur pœna, tanquam quodá modo participibus crimininis,quæ non datur filiis antea natis num. 59

Pro

Proportio fit a legibus humanis, cum diuinis. nu. 60.

Ars immitatur naturam in quantum potest. nu. 61.

Filii omnes Adę. per peccatum eius comprehensi sumus in punitione posteritatis a Deo ei facta, et non comprehenderet ante peccatum natos, si eos haberet. nu. 62.

Tutior et benignior opinio, indubiis est eligenda. nu. 63.

Filii omnes, naturaliter et sine distinctione, filii sui patris dicuntur. nu. 64

Lex quando indistincte, et generaliter loquitur, in distincte, et generaliter est intelligenda. nu. 65

Pœna posita à iure incrimine scismatis, extenditur tā cōtra scismaticos, quam contra eorum filios, tam iam natos, quam post, et vsq; ad quartam generationem. n. 66.

Filii, et nepotes percutientium cardinales, priuantur officiis, et dignitatibus, sicut et parentes delictum committentes, et efficiūtur infames, tam antea, quam postea nati. nu 67

Filius natus antequam pater habeat maioratum succedit et præfertur aliis filiis, post maioratum à patre impetratum natis 68

Filii damnatorū Santo officio Inquisitionis, qui iam sunt in officiis et dignitatibus, an propter delictum hæresis à suis parentibus commissum, debeant priuari, non obstante possesione ab illis habita. nu. 69

Crimine superueniente non priuatur quis, officio vel beneficio, quod fallit incrimine hæresis nu 70

Argumentum deminori ad maius valet. nu. 71

Crimen lęsse maiestatis incurrit, qui contra Regem tēporalem delinquit, et vt proditor ipse, & filii eius priuantur officiis, et dignitatibus vt infames, tam optentis, quā obtinendis, et melius pro crimine hæresis. nu. 72

Papa pro nullo peccato et delicto, potest calumniari nisi pro hæresi. nu. 73

Filii et nepotes hæreticorum, et ab eis descendentes omnibus officiis Inquisitionis, et quibusdam monachorũ monasteriis, collegiis, et con fraternitatibus carent. numer. 74.

Conuersi de nouo ad fidé, sua propria natura, sunt nimis sediciossi et infesti, christianis antiquis nu. 75

Filius solet similis esse Patri, et filia sequitur leuiter matris iter. nu. 76

Arbor bona bonos fructus facit, et econtra nu 77

Christiani antiqui, qui dicantur. nu. 78

Minor, iudex esse non potest. nu. 79

Exceptio minoris ętatis contra iudicem, coram quo iudice est opponéda, et de aliis exceptionib⁹. n. 80. 83. et. 84.

Iudex ecclesiasticus inhibet sęculari, ne interim procedat quando de exceptione cognoscitur. nu. 81

Clericus non potest in iudicem laicum consentire. n. 82.

Clericus potest a laico, coram iudice laico reconueniri, & quomodo, cum tribus limitationibus. nu. 83.

Exceptio declinatoria, quando opponi debeat; vel dilatoria nu. 84

Exceptio peremptoria si opposita fuerit in causa principali ordinaria, an postea poterit opponi finito illo iudicio principali in via executiua contra sententiam. nu. 85.

Compensationis exceptio, an posit opponi in executione contra sententiam. nu. 86

Exceptio beneficii inuentarii, an posit opponi post sententiam in eius executione. nu 87.

Glosa verbo nõ tenetur, in l. Nesenius § fin. ff de reiudicata; declaratur, et etiã reprobatur opinio. Auédañi. n. 88.

Exceptio quando de ea non est plenę cognitum, núquam censetur reiecta à iure nu 89.

Exceptiones aliæ; quę opponi possunt post sententiam in via executiua, explicantur. nu. 90

Lex

Lex prima titulo. 21.lib.4.nouæ recop. declaratur.nu.91.
Exceptio, quando est iuridica, non excluditur a lege, quia omnia sunt permissa, quæ per legem prohibita nõ sunt num.92
Non baptizatus, iudex esse non potest. nu.93
Naturales in sua met patria non eliguntur iudices ne aliqua affectione, vel partialitate notentur. nu.94
Rectores, vel decuriones ciuitatum, requiruntur naturales, non solum regni, sed patriæ, et vicini etiam propter patriæ dilectionem. nu 95.
Vicinus cuiuscumq; ciuitatis quis dicatur. nu.96.

QVIS IVDEX ESse non potest.

Cap.xii,

HVc vsque dictũ fuit, de iudicis qualitatibus, nunc de illis, qui officiũ iudicis exercere nõ possunt videre cõuenit. † Et imprimis dicemus excommunicatũ iudicare non posse de iure, vt in.c.ad probandũ de reiudicat, et in c.dilecti filii. c.cũ inter de except.c.pia cõsideratione eod. tit.lib.6.tx.in.c.intelleximus de iudic.in.c.si vero, de sent. excom. Abb.in.c.penult.de dolo, et cõtum. nu.32 cũ duobus sequẽt, Bald.in.c.cõtingit eod.tit.col.9.quod etiã procedit in iudice arbitro, vt Bart.in.l.cũ pater § hæreditatẽ.ff delegat.2.et etiã procedit in arbitratore, vt per Alex. in.l. ex facto § si quis rogat⁹.ff.ad Trebellianũ.Iass.in.l.si quis arbitratu.col.16.vers.sexto querit, ff. de verb.sig. et dixi de hoc.c.11 † quia omnia agitata per talẽ iudicẽ excõmunicatũ nõ valẽt, si excõmunicatio erat manifesta, ut in.c.ad

probandum de reiud. Bart. et Bald. in. l. 1. C. de iur. et fact. igno. nu. 10. fælin. in c. Rodulphus de rescrip. Ioann. And. Ant. et Abb. in d. c. ad probandum nu. 1. et 20. et. c. cũ super abbatia de officio deleg. iunctis tradditis per Bart. in l. quidã cósulebant de reiud. idem Abb. c. dillectus de præb. col. 3. Bald. c. intelleximus de judic. Ancarr. in c. pia consideratione de except. lib. 6. secus si non erat manifesta, sed occulta, quia tunc valent omnia acta per illum, vt in iuribus, S. allegat. de quo videndus est Bart. in. l. Barbarius in lectura nu. 7. et in repetit. nu. 9. ff. de officio. prætor et guillé. ceru. in l. 3 Tau. nu. 178 † sed hoc fallet in duob⁹, primo quando sententia excommunicationis est prolata à iudice excommunicato, quia tunc quamuis iudex reputaretur sufficiens, cum non esset, quia occulte erat excommunicatus, non valet sententia, quod traddit singulariter Archidiac. in. c. sententia pastoris. 11. q. 3. cũ gl. in. c. 1. de sentét. excom. lib. 6. gl. in summa. 2. q. 1. tx. et ibi dom. Ant. in. d. c. ad probandum. col. 2. in fin. de reiudic. gl. verb. dum pateretur in. c. infamis. 3. q. 7. vers. sed nunquid † Secúdo fallit in iudice hæretico, quia licet communi opinione reputaretur fidelis, tamen sententia ab eo prolata nó valet, ita gl. in summa. 24. q. 1. Archid. in c. penult. de officio deleg. lib 6 †. Item monachus, vel religiosus, iudex esse non potest quia tanquam mortuus reputatur quoad sæculum, vt in. l. Deo nobis. C. de episcop. et cleric. et in auth. hæc constitutio interpræratur. col. 6. in principio. et. c. nó dicatis 12. q. 1. et in auth. de nupt § per occasionem col. 4. et l. nã quid. ff. ad trebel. et. l. penult de his qui sunt sui, vel alieni iuris gl. verb. in potestate. in. l. cum pretor. ff. de iudic. et. D. Paul. 2. ad Corinth. c. 6. dicit. quasi morientes, et ecce viuimus, et idem Paul. ad Coloss. c. 3. ibi: mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, et est etiã tx. c. placuit. 2. 16. q. 1 †. Neque testari monachus nó potest

test.,cum nihil proprium habere posit,ut in d.c. non dicatis.12.q 1.dicens:non dicatis vos aliquid habere propriú, sed sint vobis omnia communia,et est.tx.c. 2. de testam.

7 Abb.in rub.de testam.nu.6 † Neque obligari ciuiliter vel naturaliter;ut ex d. c. non dicatis colligitur.ibi:cumhuius nostræ congregationis fratres,nó solum facultatibus, sed voluntatibus propriis in ipsa ordinis susceptione renuntiauerint, et se per promissam obedientiam penitus aliorú potestati,et imperiis in Christo,et proChristo subdiderint, certum est eos nihil habere,posidere,dare,vel accipere, sine superioris licentia debere Idem tenet Abb.in.c. ex res-

8 cripto nu.1 de iure iur.† Item infamis,judicare non potest vt.l.vnica.C.de infamib.lib.10 et.l.neq; famosis.C.de dignitat.lib.12.et.l.iudices eod.tit et libro,et.l.cum prætor., § 2 ff.de iudic.et in auth.de iud.in pr.col.6.et. c.sciscitat⁹. et ibi Abb. nu 2.de rescript.et. c. licet. ex quadá de testib. et.c.quærelam de iure iur.et.c.inter dilectos;de excesib. prælat.et.c.cum deputati, de iud tx.cum gl. in.c. infames. 6.q.1.et.c.1.6.q.7.et.c.episcopum. 63. distinct, et tx.l.4. tit.4.p.3.et.l.7.et.8.tit.9.lib.3.nouæ recop.

9 † Sed quis dicatur infamis de iure vel de facto,vide tx.l.2.3.et.4 et.7. tit.6.part 7.Iass.l.cunctos popullos.2.lectur.nu.43.et.44 C.de summ. Trin.et fid.cath.et gl.verb.infamia § porro 3.q.7. Tiraquel.de nobilita.c.37.nu.70.

10 †Sed pone quod contra aliquem notarium,vel tabellionem, iudex procedit,de delicto et crimine falsi:dubitatur,an pendéte causa, poterit talis notarius,vel tabellio instrumenta conficere, cú per falsitaté infamis reputetur,et sic de quo libet alio delicto infamię.Ad quam quæstionem Respondet Bart. in repet.l.Barbarius ff de officio præt.nu.7.tenens multis ra

11 tionibus quod sic † Quarum vna est, quod ratione dubii potest fieri aliquid,quod non fieret in casu certi, et postea declaratio delicti,non rescindit id quod iam factum est interim ratione dubitationis, quod etiam probatur per tx.

12 et ibi Bald. in. l. 1. C. qui dare tuto, vel cur † Vbi dicit quod ratione dubitationis, etiam seruus potest dari curator ad litem quamuis ei mota sit quæstio status, an sit liber, vel non, quod etiã probat et tenet. d. Bald. in. l. si putas. C. de petitio, hæredit. nu. 3. et. in. l. procurator ad exibendũ: §. fin ff. rem ratam habere. De quo etiam est tx. expręssus in. d. c. Infamis § Verumtamen si seruus. 3. q. 7. Abb. in. c. cum super. nu. 6. de caus. post, et prop. et est bona gl. verb. dum pu
13 taret. in. d. c. tria § verũtamẽ, ubi alia inuenies iura † Quia communis opinio quod esset in libertate seruus ille, multum operatur, ut in. c. consultationibus de iure patron. et c. cum inter qui fil. sint legit. et. c. si quia symoniacis. 1. q. 1. et. l. 1. C. de test. et. in. d. gl, verbo cõputatur. in. d. c. tria quod secus esset si non esset tabellio, vel iudex, sed vellet
14 admitti, de nouo ad tale officium exercendum † Quia tũc quando quis delatus est de aliquo crimine, vel infamia, nõ admittitur, quia grauata est eius opinio, ut. c. tantis Daniel 81. dist. tx. cum gl. in. c. omnipotens de accusat. et. c. vlt. de test. et. l. reum. C. de procur. et. l. reus. ff. de muner. et ho-
15 nor. secus si iam esset in officio, vel dignitate † Quia tunc pendentia accusationis, vel denũtiationis, non priuat quẽ iure acquisito, neq; exercicio illi⁹, iuris, ita glo. c. sępe, verb. sententia, de appellat. prope finem, et tx. l. 1 §. integer. ff. nihil in nov. appell. pend. et per totum, ut lite pend. et in. l. interposita ff. de appell. et est bonus et elegãs tx. in. l. si quis ex hæredato filio § si autẽ omnes. ff. de iniust. rupto. quod idẽ procedit, quãdo iam est cõdẽnatus sentẽtia à qua ap-
16 pellauit † quia appellatio rescindit pronunti atã sentẽtiã vt in iuribus. S. allegat. et. tx. in. l. 1. in fi. ff. ad Turpil. et est bona gl. approbata por Bald. ibi in. l. fin. C. si à nõ cõp. iud et. l. Cirographus § 1. de admin. tuto. frater Emanuel Roder. in tract. de ord. iud 12. nu. 1. vers. La primera appella-
17 ciõ, et dicit Bald. vbi. S. nu. 5 † Quod si quis a suo iudice excommunicatus est, et a sentẽtia excommunicationis ap

pel-

pellat, pēdēte appellatione nō euitari debet, quia excōmunicatus nō est, quod etiā tenet Petrus de Ancarr: cōsi. 228. vbi cōsuluit, quod quædā monialis, cū excōmunicata fuisset, et oppositis legitimis exceptionibus appellasset, interim nō debet euitari ut excomunicata. Idē tenet Bald. c. ad hæc de appel et est tx. in. c. præterea, et. c. dilectis §. quia de appell. quod est intelligēdū quādo talis sentētia excōmunicationis posita est, sub cōditione, nam tēpore intermedio potest ab ea appellari, et tunc per appellationē rescinditur sententia, ut in. d. c. præterea, et in. d. c. dilectis §. quia de appel, secus si nō extat cōditio, vt in. c. â nobis de sent. excom. et. c. pastoralis in fin. de appel. et gl. verb. impedire, in. d. c. præterea, et est alia gl. verb. interdictam in. c. ad hæc. 37. de appell † et simili modo, si furti damnatus appellat, habetur pro nō infame quousq; durat appellatio † et condemnatus de crimine publico, qui in habilis est ad testandum, si appellat a sentētia, in cōtinenti efficitur habilis ita Paul. de cast. in. l. athletas § furti. nu. 3. 8. et. 9 ff. de his qui not. infam. † quod fallit incriminibus notoriis, vt quando crimē, est toti populo notū, siue commissum in conspectu populi, vel sit notoriū per vehemēs et indubitabile indiciū, quia per hoc efficitur notorium, vt quādo interfector sanguinolēto gladio visus est fugere per plateā in cōspectu populi, quia tūc nō auditur apellās: vt notat Innoc. c. statuimus de offic. de leg. Ioā. And. in repet. c. vīa de cohabit. cleric. & muli. Bald. in. l. addictos. C. de appellat. & Abb. in. c. quā perniciosū. n. 2. de vsuris. † Itē, fallit in cōuicto, & spōte cōfesso simul, quia etiā nō auditur appellās, vt in. l. observare, & ibi Carrerius a nu. 1. cū sequētibus. C. quorū appell. non recipit. Philippus Francus in. c. Romana. §. si autem. num. 6. & ibi in additionibus de appel. lib. 6 & nota quod dico plene conuictus, qui a secus esset si semiplene, vt in. l. si maritus. ff. de quæstionibus, & etiā cōfessus

18 19 20 21

in figura iudicii ante sententiam, secus si post, et extra iudi cium, ut in. l. non tantum cum gl. ord. ibi, et Bart. et Angel ff. de appell. Innoc: in. c. conquerente, de officio deleg. & Carrerius in repet. l. obseruare. nu. 18. C. quorú appel. non
22 recipit. et num. 35. ubi multa adducit iura † Et etiam nota quod confessus, nó dicitur proprie conuictus, sed requiritur, quod sit simul conuictus et confessus, et sic statuta facientia mentionem de conuictis, non comprehendunt có fessos, tx. in. l. eum qui. ff. de iure. iur. et. l. fin. C. de cópens. et lege pen. alias vlt. ff. de reiuend. et. c. nó dicatis. 12. q. 1. et. l, quisquis. C. ad leg. iul. maiest. Fulgos. c. 124 Abb. c. at
23 si clerici. nu. 4. de iud † Item repertus infraganti crimine, si est condemnatus non potest appellare, ita tenet Bald. in. l. 1. C. exdelic. defuncto. Hypolit. de mars. leg. vnica. C. de rapt. virg. nu. 93. item fallit quando iudex vel officialis có demnatur in pæna pecuniaria trium mille morapetinorú, et infra, quia tunc de iure regio non auditur appellans in syndicatu, nisi excedat dicta pæna, et tunc auditur secundum formam. tx. l. 17. tit. 7. lib 3. recop. Sed quid seruari debeat de iure communi, videndus est. Paris deput. de syn
24 dicat. verb. appellatio nu. 17. et. 18. vel. 47 † Fallit etiam in causa alimentorum quia per appellationem non suspen ditur sententię executio, ne interim appellatione penden te, filius fame pereat ita Bart. in tract. de aliment. nu. 47. Iass. l. de alimentis nu. 6. C. de transactio. gl. verb. reuoluere in. l. nemo cleric⁹. C. de sum. trin. et fid. cath. Abb. in. c. de appell. nu. 4 de appell. et gl. l. 24. tit. 9. p. 6. et. l 8. tit. 15. lib.
25 2 fori leg, † Et quia alimentorum causa summarie, et breuiter est terminanda, ut. l. si quis à liberis § si vel parens, et gl. verb súmatim. l. 3. § fin. ff. ad exib. gl. fin. in. l. fin. C. de alend. liber. gl. in. l. iudices, C. de iud. et vidédus est Lara de Cordub. de aliḿetis § si vel parés. n. 1. fol. 94. et. n. 2. et. l. 6 tit. 22. p. 3 et. l. fin. tit 19 p 4 et. gl. l. 24 tit. 9. p. 6. Item nó au-

auditur appellans creditor, qui debitoris cadauer impedit ne sepeliatur. ut. l. fin. ff. de appel. recip. & l. 6. tit. 18. li 4. Recop. glos. & D D. in. c. ex parte primo de sepult. Baeça de inop, debit. c. 1. nu. 20. 21. 22, & 23. †. Sunt etiam plures casus in quibus non admittitur appellatio, & plures in qui bus admitti potest, si videas eundẽ Hypolit. de Mars. ubi S. â. nu. 138. cum multis sequent, & videnda est glos. in. l. qui restituere. ff. de rei vendic. † Et si peccat vel non, qui in iuste appellat, vide omnino Azeued, in curia Pisana, lib. 4. c. 6. nu. 51 et 52. cui breuitatis causa hoc remitto. & videndus est frater Emanuel Roder. in tractat. de ordi. iudicia li. c. 13. nu. 2. & etiam similiter peccat iudex si appellationem per conuictum, & sponte confessum interpositam au dit, quia tenetur sententia exequi non obstãte appellatio ne, ut tenet Iul. Clarus referens Ang. de Malefic. in practi. crim. questione. 94. numer. 1. in fine. quem omnino vide. †. Sed tamen si non sit reus conuictus, nec confessus, tenetur iudex appellationem admittere, & non suam sententiam executioni mandare, aliàs tenetur pœna l. 13. tit. 18 lib. 4. nouæ recop. quæ quidẽ pœna, meo iuditio, iustissima est, cum iudices in exequendis his sententiis, irati, vel passione moti maximũ damnũ operari posint. † Et quia iustissimum est superioribus obedire, ut inter rectos, & ex pertos iudices practicari vidi, de quo est tx. cum glos. in. l. 2 ff de albo scrin. & l. restituendæ in fi. C. de advocat. diuers. iud. Abb. in. c. per tuas. num. 1. de maiorit. & obed. sed sunt iudices adeo seueri, & crudeles, qui in quolibet delicto postquam causam decidunt, illam per viam relationis, sine intimatione sentencię, ad iudices superiores remittũt, ad hoc ut suæ præfactæ sententiæ illis deuolutio ad eam exequendam fiat, & hoc modo excussantur à pœna legis, quod quidem maximum mihi videtur absurdum, præcipue, quando hoc fit in leuibus criminibus cum à lege diui-

na

na, & humana, appellatio omnibus opprǽssis, & grauatis permitatur, & dicit Bald. l. vnica. C. si demom pos, fuer appell. in fin. inuentam esse appellationem aduersus iudicum venenum, tanquam tiriacam, quod refferts Cæsar Contar. ibi §. videbatur, de rationibus dubitãdi nu. 5. fol. 18. & fo. 59. nu. 20. † Et quod appellatio sit de iure diuino; probatur in Act. Apost. c. 25 cum Paulus coram rege Festo à Iudæis accusaretur iniuste, ad Cæsarem appellauit, & tunc Festus Rex, appellationem Paulo concessit dicens, Cæsarem appellasti, ad Cesarem ibis, & de iure humano, per tx. c. omnis oppræssus, 2. quæst. 6. cuius berba sũt., omnis oppressus libere sacerdotum, si voluerit, appellet iuditium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur, & audiatur, & per totam causam & quæstionem, & per totum titulũ de appell. & de iure regio est tx. l. 2. tit. 23. par. 3. & per totum titul. 18. lib. 4. nouæ recop. † Item appellatio, est deffensio, vt in. c. cum speciali. §. porro de appel. quæ defensio est de iure naturæ. vt. l. 1. § cum arietes. ff. si quad. paup. fecis dicat tx. in. l. vt vim. ff. de iust. et iur. & l. 1. §. vim vi, & l. 3. §. Cum autem. ff. de vi & vi. armat. De quo videndus est Hypolit. de Mars. in. l. vnica. C. de rap. virg. numero 160. & cap. 2. de homic. vnde iudices. (vt ego iam multoties vidi) qui contra reos rigurosse procedunt illisq; deffensionem, & appellationem denegant, & causam diffinitam per relationis viam, ad superiores mittunt, rigurosse procedere non dubitatur: quod quidem superiores iudices., hoc accuratissime inspicere, atq; considerare debent, ne causam tam defacili inferioribus deuoluant: potius suas deffensiones reis audiant, ne forte innocentes & in defensos, condemnent. ut ego iam vidi, in ciuitate Hispalensi Anno Domini 1595. cum quodam Ioanne Diuite Rectore oppidi de Alanis, qui defensionis suæ personæ causa, quendam inimicum suum iactu sulphureo,

30

31

Hif-

Hispane, pistolete, vulnerauit. & quamuis illum non occidit, iudex ordinarius, nollens suas audire defensiones breuissimis terminis, quamuis recusatus ab illo delinquẽte, illum condemnauit ad pœnam capitis, & in relatione ad superiores causam, cum dicta sententia mortis missit, qui iudices superiores reum audire noluerunt, & causa deuoluta fuit iudici ordinario, vt eam executioni mandaret; qui Ioannes Diues reus, et condemnatus, carens spe salutis, & considerans sententiam adeo crudelem, humiliter & amore ficto, quendam ministrum iustitiæ voccauit, fingens cum eo secrete velle loqui, & cum pugione illum ministrum occidit, dicens alta voce, se iam iusta causa mori, quia prima sufficiens non erat. quod quidem malum non eueniret, si illi reo suas audirent deffensiones secuta, & audita appellatione. † Vnde infertur; quod quando condemnatus appellat à sententia in casibus in quibus appellatio debeat admitti, quod tunc à iudice debet admitti appellatio, & non executioni mãdari talis sententia, aliàs si stante appellatione, per iudicem esset executum propter grauamen irreparabile, à consanguineis condemnati posset resisti, quod traddit Carrerius in pract. §. homicidium. numero 85. fol. 388. ubi multos citat authores. † Nolo tamen delicta remaneant impunita, cum culpa erit, culpam non punire, vt probat. tx. in cap. quia sunt. dist. 28. & quidem iudex grauiter offendit rempublicam, quando culpam impunitam dimittit. tx. in. cap. Si is qui. 23. questio. 4. sed tamen hic fieri potest, seruato iuris ordine, ut. S. dictum est. † Item seruus, iudex esse non potest, vt in dicta. l. Barbarius. ff. de offic. præt. & leg. cum prætor. ff. de iud. & leg. seruus. C. eodem titulo in dict. c. scilcitatus, & ibi Abbas numero. 2. de rescrip. et in dict. leg. 4. titul. 4. par. 3. & l. 7. et 8. titulo. 9. lib. 3. nouæ recop. & vide quæ dixi de hoc. capi. 11.

32 (margin at "fertur")
33 (margin at "punita")

Item

35 †. Item surdus, & mutus, & perpetuo furiosus iudicare nō potest. ut in. d. l. cum prętor. § autem, & c. in famis. §. tria. 3. questione. 7. & in. d. l. 4. & in d. l. 7. & 8. regni, nec cœcus iudicare potest, ut. l. 1. §. casum. ff. de postul, quamuis contrarium dicat tx. l. cœcus ff. de iudic, quā intellige secūdū glos. ibi. †. quamuis in. d. l. cum prætor. §. fin, &. l. cum furiosus ff. de iud probetur, quod si furiossus habeat dilucida interualla, poterit ut iudex ordinarius iudicare. Sed tamen tx. in. d. l. 4. tit 4. part. 3. probatur contrarium, quamuis habeat dilucida interualla, quod etiam tenet ibi Greg. Lopez, & late Olanus in suis Antino. littera. E. nu. 121, & 122. fol. 129. † quod fallit in arbitro iudice, quia quamuis dilucida habeat interualla, iudicare nō potest, quia arbiter suis partibus debet fungi, non datis extrinsecus dilationibus propter suas necessitates, quia iurisdictionem non habet: iudex vero ordinarius habet talem legationem legalē, quia habet iurisditionem, & ideo furiosus habens dilucida interualla, potest esse iudex ordinarius, non autem arbiter. Ita probat tx. sic intelligendus in. d. l. ait prætor. ff. de re iudi. bona. glos. verb. adijcitur in. d. l. cum furiosus. ff. de iud. quam Bald. dicit ibi notabilem. quam vis Ang. aperte cōtrarium teneat, & de hoc dixi. S. c. 11. † Item Clericus, iudex esse non potest, ut in. c. peruenit 21. quest. 3 & . c. Te quidem. 11. quæst 1. & , l. 48. tit 6. part. 1. & l. 10. tit. 3. lib. 1. nouæ recop. † Item mulier, iudicare non potest, nec arbiter esse, ut probat tx. l. 2. de reg, iur. & in. d. c. in fames. §. tria, 3. quest. 7 & c. mulierem 33. quest. 5. & in. d. l. cū prætor. ff. de iud. & d. l. 4. & , 7. & 8. regni. Ant. Gog. l. 4. Tau. num. 8. & dicit Arist. lib. 1. Politic. consilium mulieris esse inualidum, & . 2. Poltic. dicit etiam: à mulieribus male regitur ciuitas. & . lib 8. Ethic. dicit. corruptio vrbanitatis est; quandó ad mulierem peruenit dominium, & . D. 1. Paul. in. 1. epist. ad Timoth. c. 2. ait: mulier in silentio discat cum

(margin numbers: 36, 37, 38, 39)

om-

omni subiectione, docere autem mulierem non permitto, nec dominari in virum, sed esse in silentio, & gens.c.3. dicitur: sub viri potestate eris: mulieri ergo non decet praeminentia iudicis, & Amb, lib.6. quęst. noui & vete. testa. dicit: mulierem constat, nullam habere authoritatem, nec iudicare posse. quod etiam tenet Bart. in d, l. 2. ff. de reg. iur. circa mediú, et est cómunis opdinio secúdú Iul. Clar.

40 §. fæudum. vers. sed quæro. quest. 37. † Et ratio istius conclusionis est, quia fæminæ propter sexus fragilitatem, molles existunt ad belli pondera sustinenda, et iudicia discrete exercéda. tx. c, forus in fin. de verb. sig. et. l. filia. C. de in of-

41 fic, testam. † Et ideo dicit tx. leg. quis quis. C. ad. leg. Iul.

42 Mai. quod minus audent fœminæ quam masculi. † Secúdo, quia fœmina consilij in capax, et imbecilis est, cú apta non sit nata solidis consilijs, cum variarum & mutabile, semper fœmineum genus reperiatur: secúdú Virg 4. Aeneid & in. d. c. forus, et. l. pen. C. de spons. vbi Alex, dicit, quod in muliere non est consilium. quod etiam confirmat Arist. 1. Politic. dicens, quod consilium mulierum est inualidum, quod etiã tenet Bald. in c. 1. de iudici. Tertia ratio est, quia fœmina inconstans, & mutabilis est omni ora. de quo est tx. in principio inst. quibus alien. licet, vel non.

43 †. Et hinc est quod sunt variabiles, litigiosæ, atq; superbæ, nec non incrudelæ, & superstitiossæ, plusquam viri, quod habuerunt ab Eua, quæ plus credidit serpenti, quam Deo, iuxta illud Apost. 1, ad Timoth. c. 2. ibi Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.

44 † Quarto, quia fœminæ secretum tenere nescit, quæ omnia discrepant à natura iudicij, unde propter hæc vicia, et plura alia, non bene conuenit, mulieres iustitię administra-

45 tionem habere. † Sed tamen, quam vis hoc de iure communi sit contrarium videmus de consuetudine obseruari, quia mulieres, defficiétibus masculis, quotidię succedút in Cómitatibus, & alijs dignitatibus, & etiã regnis, quæ con-

K sue-

ſuetudo à iure diuino originẽ traxit, ꝙ ius ſucceſsionis, iura maſculis nõ obſtãtibus fœminis deferebãt. ꝙ ſancitũ eſt. Numer. c. 27. ibi: homo cũ mortuus fuerit abſque filio, ad filiã eius trãſibit hæreditas, nec eo iure, fœminæ ob maſculos remotiores excludebantur, prout in eodem. c. in filios Salphaad, deciſſum eſt: cũ enim Pater eorũ abſq; filijs mortuus fuiſſet, petierũt à Moyſe hæreditatẽ patris, ipſo autẽ cauſam ad Dominũ referẽte, ei reſpõdit, iuſtã rem poſtulant filię Salphaad, da illis poſseſsionẽ inter cognatos patris ſui, et ei in hæreditatẽ ſuccedãt. De quo etiam habetur ibidẽ. c. 26. et Ioſue. c. 17. et eſt tx. l. 1. §. ſuos hęredes. ff. de ſuis, & leg. hęred. & l. maximũ viciũ. C. de lib. præter. & l. quotiẽs, C. de ſuis, & legi. hær. et l. lege. C. eod. tit. et in authẽt. de trien. et ſem. §. Sit aũt, & §. neque illo. & §. 1. inſt. de hæred. quæ ab int. deſert. itaq; vt ſupradictũ eſt, hoc eſt ſpeciale de cõſuetudine in regina, vel cõmitiſſa, quia habẽt iuriſditionẽ, ꝙ probatur etiã in lib. Iudic. c. 4. ubi Debora Prophetes uxor Lapidoth. iudicabat populũ in illo tẽpore, et ſedebat ſub palma, & ad eam accẽdebãt filij Iſrael in omne iudiciũ, ꝙ etiã trãsiũctiuè refert gloſ. verb. iudicũ. in. c: tertio quæritur. 15. queſt. 3. et eſt tx c. dilecti: de arbit. et in. d. l: 4. tit. 4. par. 3. et ibi Mõtal. Bald. in, l. fin. C. de arbit. & bene Auil. in, cc. præter. in. prohæmio. §. y Reina. nu. 8. fol. 12. Paris de Put. de ſynd. §. dicitur. nu. 6. & 7. fol. 28. et dixi ſupra num. 9. c. 4. qua propter Archid. in. c. cũ deuotiſsimã. 12. queſt. 2. in fin. tenet, quod de iure fœmina poteſt iudicare, quãdo habet regnũ, vel cõmitatum. Ita Innoc. in. d. c. dilecti de arbit, et Hoſtiẽs, expreſſe, ponẽs exẽplũ in fœminis quę ſuccedũt parẽtibus in aliqua magna terra De quo eſt etiam vidẽdus Philip. Decius in l Fœminæ. n. 3. et. 4. ff. de reg. iur. & ibi Ang. et in. l. cũ prætor. § fin. ff. de iud. & videndus eſt Guillel. Ceruant. in Comẽt. leg Tauri in præfactione. n. 25. cũ ſequent. et in. l. 9. n. 4. et Molin. de primog. Hiſpan. qui multa adducit iura. lib. 1.

cap. 13.

46 c. 13. nu. 14. et. 15. † Quæ consuetudo pro lege seruatur, nam cõsuetudo dat iurisdictioné, et obtinet vicé legis. tx. l. 1. C. de emancip. lib. et. l. 2. C. quęsit longa cósuetudo. et c. in his. dist. 11. et. c. diuturni. dist. 12. Abb. in. c. cũ cõtingat de foro comp. nu. 5 et. 9. tx. cũ glos. verb. vel cósuetudine in. c. 2. deprobat Castil. in. l. 2. Tauri. verb. pues por ellas, vers. cũ tales leges, et in. l. 6 Tau. vers. hinc dicit dominus doctor, quamuis tx. in. c. cósuetudinis 11 dist. cõtrariũ dicat, scilicet, ꝙ cósuetudo, nullo modo iuri scripto derogare potest. † Ad cuius intellectũ, est notãdum, differentiam esse inter consuetudiné iuri cõtrariam & nulli iuri aduersam: nam si cõsuetudo est iuri contraria, ad hoc vt valeat, et legis vim obtineat, requiritur ꝙ sit rationi cósona, legitimeq; pręscripta, vt per totã dist. 8, at vero si cósuetudo nulli iuri cõtraria est, tũc vicẽ habet legis, ita vt, nó sit de ipsa, sed secũdũ ipsã iudicãdũ. Et sic est intelligẽd⁹ tx. in d. c. cósuetudinis. dist. 11. vt probatur in. c. vlt. de consuet. Quã solutionẽ ponit glos. in. c. clerici de iudic. verbo cósuetudine, & est alia glos. verb. quę legi, in. c. cęterũ de iuram. cal, Hãc etiã solutioné, ponit Greg. Lopez Madera in suis animaduersionib⁹ iuris ciuilis. c. 5. n. 3. et. 4. † Vnde obiter notabis, ꝙ ad hoc vt cósuetudo sit præscripta, requiruntur triginta anni secũdũ glos. notabilé. in. l. Dñi prædiorũ. C. de agrico. et cẽsit. lib. 11. Bald. in. c. 1. in princ. C. qualiter olim, Feud. alien. post Alex. cons. 5. vol. 5. col. 4. † Itẽ notabis, ꝙ mulier in multis articulis est deterioris conditionis quã masculus, vt legitur à Doctoribus in. l. in multis. ff. de statu homin, et è cótra, in multis casibus fœminæ sunt melioris conditionis quã viri, de quibus omnibus me remitto breuitatis causa ad Specul. in titul. de procur. lib. 1. §. ratione, a numer. 1 vsq; ad 3. et ad Didacum de Montalbano in tract. cautel. §. de exceptio. contra procur. nu. 6. et. 7. & videndus est etiam titulus, 3. lib. 5. nouæ. Recop.

47

48

49

50 † Vbi in. l. 6. istius tituli, dicitur, mulierem pro debito ci-

K 2 uili

uili incarcerari non posse, quod tenet Baeça de inop. debi to. c. 15. nu. 3. qui multos adducit. D D. quod intellige, nisi sit meretrix, quia tunc bene potest capi, et carcerari, secũdum Bald. in. l. consentaneum. C. quomod. et quand. iud. Angel. in. l. quoniã. C. de cura reorum. Ludouicus Romã. in. l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrim. col. 3. quod etiã probat tx, in. l. 10. tit. 3. lib. 5. nouæ recop, cuius verba sunt. Ninguna muger por ninguna deuda, que no decienda de delicto, pueda ser presa, ni detenida, si no fuere conocidamente mala de su persona. Vnde infertur dubium an. d. l. 10. habeat locum, et procedat cum meretrice maritata? & Resp. quod si maritata sit cum probo, & honesto viro, carcerari non poterit pro debito ciuili, quod tenet Ioan. And. in addition. ad specul. tit. de iniur. et dam. dat. Baldu. in compendiosa sua sub Rubrica de quæst. circa sententiam. vers. decimoquarto queritur, Angel. in. l. verum. 2. ff. de fur. Hypolit, de marsi. sing. 284. incipit conditio. Idem Hypolit. in. l. maritus ff. de quæstio. col. vlt. vers. pro qua doctrina, et in practic. verb. attingant. num. 36. et Rodericus Xuarez in declaratione l. 2. lib 3. titul. de los gouiernos. §. quinto quæritur, numer. 6. cum sequent. Gandauus in tractat. Malefi. sub rubrica de aliquibus quęstionibus varijs in maleficijs, quæ non comede adaptantur col. 1. vers. quæstio de facto fuit, &c. Secus si habeat maritum lenonẽ, vel infamem, quia tunc coniugium non obstaret, quin talis meretrix non possit carcerari pro debito ciuili, quam limitationem ponit Ioan. And. ubi supra, et Hypol. de Marsil. sing. 279. incipit, dixi tibi. &c. & Ioann. Baptist. Casialupus in tract. de debitore suspect, et fugitiuo. num. 22. cũsequẽt. in. §. quinto principaliter quæro. Baeça de inop. debit. c. 15. n. 17. et. n. 18. † Itẽ non possunt esse iudices, damnati Sancto officio Inquisitionis, neq; eorum filij, aut nepotes neq; alia habere officia, per tx, c. statutũ. de heræti. lib. 6. glos. verb. satis. dist. 56. vers. Sed quid. et. l. quis quis

51

§. filio

§. filio. C. ad leg. Iul. maiest. Rox. sin. 68 et de hęreti. assertione. 42. et. 44. Couarr. lib. 2, Var. c. 8. num. 2. et est l. 4. titul. 26. par. 7. et. l. 6. tit. 27. part. 2. et. l. 7. tit. 6. part 7. et. l. 5 et. 4. tit. 3. lib. 8. nouę recop. quas concordat Couarr. ubi su-

52 pra, quem omnino videre licet. † Sed dubitatur an pœna statuta contra filios, et nepotes ratione delicti, cóprę-hendat tantum illos qui nasciturí sunt post crimen hæresis commissum: an illos etiam, qui iam sunt nati prius? et quia de hac re magna est inter doctores controuersia, dicemus multos tenere, ut tantum extendatur ad filios, et nepotest post delictum commissum natos, et non ad iam ante delictum natos, rationibus sequentibus.

53 † Primo, quia omnes contractus à delinquentibus facti ante delictum, valent, et tenent, et dicuntur legitimi, vt tenet Angel in. l. quis quis. C. ad leg. Iul. maiest. Paul. de Mó te pico post alios in. l. post contractum. num. 14. et. 16. et ibi Ioann. Annibal. num. 26. et. 27. et. num. 229. ff. de donat. Ioannes Philippus. responso. 75. nu. 29. Consiliũ Tolet. 12. Canone. 7. et dicit Paul. Castrens. in. l. si quis ex ar-

54 gentariis. §. cogantur etiam num. 3. ff. de ædendo. †. quod si Notarius, vel Tabellio condemnatus sit de falso cómisso in suo officio Notariatus, vel Tabellionatus, non poterit de cætero instrumenta conficere de nouis contratibus, per tx. in. l, si aliquid. C. de sucess. Et archa, lib 11. vbi prohibetur exercere officium in quo deliquit. et est communis oppinio secundum Gargia. in consil. crim. cons. 123. num. 6. thom. 1 et Bona cosa in tracta. commu. opin. crimi 1, part. lit. 1. fol. 96. Sed tamen vetera instrumenta ante delictum cófecta, rogatus poterit publicare quod etiam tenet Bald. in. l. 1. C de testam. et in. l. militibus. C. de testam. milit. et. l. 2. C, de sent. Bart. in. l. eadem. ff. ad leg. Iul. pecu. Idem Paul. Cast. cons. 104. incip. ponitur in facto, idé Paul. in auth. de Tabularijs. §. nos autem. col. 2. de quo vi-

dendus est Angelus Aretinus in tractat. malefi. §. falsario, vers. quæro aliquis notarius. nu. 17. & 18. ergo eodé modo dicta pœna compræhendere non debet filios, & nepotes ante delictum natos. 55 †. Secundo, quia si pater commissit delictum, per quod aliqua maculatur macula, filij & nepotes eius priuantur honoribus, dignitatibus, & præuillegijs, ab eo descendétibus. in. c. sunt plurimi. § verũ 6 quest. 1. & c. multæ. 15, quest. 8. & l. ea quæ, in fin. C. ex qui. caus. infam, irrog. Burg. de Paz. quest. 3 à nu. 12. per tx. in. l. Diuo Marco. C. de quæstio, & exponit ibi. glos. sing. & hordinaria, quod debet intelligi, quando tales filij, vel nepotes nati sunt post commissum delictum parentis, quod etiam probat tx. l. filiam. ff. de senato. ergo similiter est intelligédum cum filijs, & nepotibus damnatorum. 56 † Tertio, quia ita demum filius senatoris gaudet præuillegio, & dignitate patris, si natus est ante quam pater eius remotus sit à Senatu, secus vero si nascatur postea, quia tunc nó gaudet aliquo præuilegio, quod probat tx, in. l. emancipatum. §, 1. ff. de senat. & tx. l. 2. § in filijs. ff. de decurion, ergo intelligédum erit hoc idem cum filijs, & nepotibus damnatorum.

57 †. Quarto, quia si ex causa ingratitudinis commissa cótra patronũ, libertus reddactus est in seruituté, filij eius postea nati, efficiũtur serui, secus si nati fuerũt ante, quia tũc remanét liberi. tx. l. 2. vers. filijs etiã. C. de liber. et eorũ liber, ꝙ tenet Frãciscus Conanus. lib. 2. cómét. iur. ca. 7. n. 4. Iasso. in. l. naturales. num 1. ff. de præ scrip. verb. Andreas de Isern. c. 1. num. 9. in princi. de successo. fæud. & c. 1. nu. 38. vers. secus si Titius, de prohib. fæu. alien. 58 †. Quinto, quia in dignitatibus, quę patribus superueniunt, filij, aut nepotes ante dignitatem nati, non fruuntur eisdem commodis, & prærrogatiuis, quibus filij post adeptam dignitatem. ut, l. si senator. C. de dignit. lib. 12. & ibi Bart. nu. 1. & Platea, & DD. cómuniter, & est tx. in. l. si quis decurio. 3.

C. de

C. de decur. lib. 10. &. l. Doctitij, et. l. pen. et. l. fin. eod. tit. & lib &; l. quicumq;. C. de præpos. agēt. in reb. lib. 10. &. l. filij. vers, senatores, 1, ff. ad munic. &. l. Imperiales. §. his illud C de nuptijs. &. l. 1. in fin. tit. 1. lib. 6. recop. ergo similiter pœna illa non est intelligenda cum filijs ante delictū

59 natis. † Sexto, quia filij, vel nepotes nati, post delictum commissum, dicuntur nati ex infecto sanguine, et reprobato, et ideo pœna illius datur tanquam criminis quodāmodo participibus, & audatiæ paternæ successoribus. quod probat. tx. in. l. quis quis §. filij vero. C. ad leg. iul. maiest, & ibi Cinus. col. 2. quest. 2. & ibi. Faber. col 1. in medio. Angel. de Perus. nu. 5. Idem Cinus. Iacobus. Albericus. & Angel. in, l. à diuo Marco. C. de quæstio. Horozco. in. l. neque enim. ff. de senato. ergo eodemmodo cum filijs post de

60 lictum natis, illa pœna est intelligenda. † Septimo, quia si facimus proportioné à legibus humanis, cum diuinis, quas leges semper legislatores sequuntur, vt dicit Diuus Augusti. in lib. quæst. super Iosue quest. 8. ibi. neque enim mādatum legis. &c. De quo est tx. in. c. non imputantur, 1. quest. 4. ibi; non imputantur filijs peccata. &c. et tx. c. quæris de consecrat. dist. 4. ibi, vt semel regeneratus. quod etiam tenet Bart. in Rub. num. 1. et. 2. ad fin. deprobat. ubi adducit

61 illud Arist. lib. 2. Physic. † Quod ars immitatur naturam, in quantum potest, sed inter Theologos, qui veri iudices, & interpraetes similium materiarum sunt, cum de transmisione peccati originalis tractant, est

62 conclusio communiter recepta inter eos. † Quod in punitione posteritatis Adæ à Deo facta, non compræhenderet antea natos, itaq; , si Pater noster Adam filium haberet in illo breui tempore in quo gratiam conseruauit, talis filius impunitus remaneret, & cum illa gratia, & fœlicitate, sine participatione calamitatum, & miseriarum in quibus post peccatum primi parentis incurrimus, ita te

net D. Aguſt. ſuper Deuteron. queſt 42. ergo ſi Adam alium filium haberet dum peccauit, nullo pacto eum inficeret peccatum patris, vt tenēt communiter. DD. theologi, maxime Barthol. de Medina, ibidem arti. 5. dub. fin. ergo eodem modo pœna à lege impoſita, pro crimine hæreſsis à patre commiſſo extendenda non erit ad filios antea natos. Quæ opinio corroboratur de iure regio per tx. l. 6. tit. 27. part. 2. ibi. Pero no ſe entiende. &c. et per tx. in. l. vltima. titulo 31. part. 7. ibi. Ca ſi el hijo, que es nacido, nō deue recibir pena por el yerro del padre. quibus legibus euidenter probatur, pœnam parentum ad filios ante crimen natos, extendi non debere, quam ſententiam in crimine hæreſsis, tenēt, et dicūt cōmunē Ioann. Cald. tit. de hæret. cōſ. 3. Archid. in c. nō imputātur. 1. queſt. 4 AEgidius Belamera, ibi in principio Dñicus. cap. 2. §. hæretici, in fin. de hæreti. lib. 6. Cardinal. Zabarella in c. vergentis in vltimis verbis de hęreti, et ibi Ioann. Anan. n. 18. Cardinal, Alex: in. c. quo iure. diſt 8. num. 5. verſ. in filiis autem, et in verſ. quod intellige. Cardinal Periſius conſ 1. num. 183. libr. 3. Cardin. Alban. in Lucra. ad Bart. in rubri. de hæreti. lib. 9. Philippus Francus. c 2. §. inhibemus. num. 2. in fin. de hæretic. lib. 6. Tiraquel. de primogen. queſt 31. numer. 9. Iul. Clar. §. hæreſis. num, 17. Vbertinus Locatus in iudiciali inquiſitorum. c. 12. fol. 168. Franciſcus Burſa conſ. 289. nu. 8. lib. 3. Gabriel Quemada in tract. de cōfiſcatione. queſt. 24. in fin, Simanc. de catholic. inſtitutio. c. 29. nu. 22. cum ſequent. et in Inchiridio. Chryſoſt. religion. tit. 63. nu. 10. Ludouicus Molina, de primogen. lib 4 c. 11. num. 54. verſ. vt cunq; Mieres de maioritate. 2. part. illatione 2. num. 5. cun ſequentibus. Liberius de, Tram lib. 5. tractat. crimin. tit. 45 limitatione. 11. Burgos de Paz. in quæſt. ciuil, quæſ. 3. num. 69. Emanuel Suarez in tehſaur. receptar. ſent. littera H. verſ. hæreſeos condemnati. numer. 117. Bona. Coſa.

lib. 1.

lib 1.com.opin. Verb. ſicut hęreticorum bona. Nicolaus Vigelius in methodo iuris controuerſiarum . lib. 1. c. 11. de hęreſi. reg. 18 qui omnes dicunt hãc eſſe communiorẽ opinionẽ, quia benignior eſt. † et quia indubio tutior, et benignior opinio eſt eligẽda, ut. l. ſemper indubijs. ff. de reg. iur. et. c. diſciplina. 45. diſt. et c. cũ iura partiũ ſunt obſcura de reg. iur. lib. 6 q̃ etiã affirmat Olanus, litera. F. nu. 68. Sed tamen his, non obſtantibus, contrarium videtur de iure verius, immo quod talis pœna inhabilitationis filiorũ, et nepotum, tranſeat ad filios, et nepotes, modo nati ſint poſt crimen parentis commiſſum, modo ante, rationibus ſequentibus. † Primo quia omnes filij naturaliter, et ſine diſtinctione filij ſui patris dicuntur, vt filij præsbyterorum, qui filij dicuntur tam nati ante ſacerdotium parentum, quam poſtea in dicto ſacerdotio, vt probat tx. c. ad extirpanda, de fili. prębit. ibi. ſiue geniti ſint in ſacerdotio, ſiue non. quod etiam probat tx. c. ad hęc eod. tit. ergo. tam cum natis ante delictum patris, quam cum poſt, pœna eſt intelligenda. † Secundo; quia tx, in. l. quis quis. §. filij vero. C. ad leg. Iul. maieſt. qui in ducit hanc pœnam inhabilitationis, et priuationis, loquitur in diſtincte, & generaliter, ergo in diſtincte, et generaliter eſt inteligenda, vt. l. de prætio. ff. de public. in rem act. cum qua. l. concordat tx. in. l. 2. tit. 2. part. 7. ibi. E demas todos ſus hijos, que ſean varones deuẽ fincar por enfamados por ſiempre, que non puedan auer honra de caualleria, nin de dignidad, nin officio, quæ lex etiam loquitur in diſtincte, & generaliter: ibi. Todos ſus hijos, & ibi: deuen fincar, quibus verbis dicta lex preſupponit tam ante delictũ parentis, quam poſt natos de quo videndus eſt Rox. ſing. 66. et 68. et in tract. de hæreti aſſertion. 42. et. 44. Couarr. lib. 2. var, cap. 8. nu. 2. et. 5. cum ſequentibus. Anton. Gom 3 thom. var. c. 3. numer. 16. verſ. ſed his non obſtantibus.

(Margin numbers: 63, 64, 65)

66 † Tertio, quia in crimine ſchiſmatis, (quia maximum eſt) extenditur pœna contra ſchiſmaticos, et contra omnes filios, tam ante delictum natos, quam poſt. vſq; ad quartã generationem, ut probat tx. c. vnico de ſchiſmaticis, ibi: contra natos inſuper, & poſteros dicti Ioannis, ſpiritualiter, et temporaliter duximus, multipliciter procedẽdũt, eorum bonis. & iuribus publicatis, & confiſcatis, ipſisq; poſteris dicti Ioannis, per maſculinam et fœmineam lineam deſcendẽtibus, indignis perpetuo redditis ad cardinalatus honorem, et quælibet officia, beneficia, & miniſteria in eccleſia memorata, vel eius curia, alibi vero, uſq; ad quartam generationem, ergo in crimine hæreſsi, eadẽ pœna eſt extendenda contra natos ante, et poſt.

67 † Quarto, quia qui percutiũt cardinales, infames efficiũtur, & inteſtabiles, & ab omni priuantur ſucceſſione, & etiam priuantur officijs, & dignitatibus, & non tantum illi, qui cardinales percutiũt, ſed etiam filij eorum, vt probat tx. in c. fœlicis. de pœnis. lib. 6. ibi: quod ſiquis prædictorum, filium, vel filios habeat, nepotem, vel nepotes, per rectam li neam deſcendentes, benefficiatum, ſeu benefficiatos, quouis beneficio, etiam ſi pontificalem adeptus, vel adepti fuerint dignitatem ſint eis ipſo iure priuati, ſpe promotionis omnino ſublata. quæ verba, ibi ſi quis prædictorũ, filium, vel filios habeat, præſuponunt, et intelligũtur de filijs iam natis tempore delicti, quod verificatur ibi: ſint eis ipſo iure priuati, quandoquidem ipſo inſtanti, quod delictum cõmiſerunt, illico, ipſo iure in pœnas incurrunt, ergo cum filijs antea natis loquitur tx. quod etiã probatur ex verbis dicti tx. ibi nulli præterea talium filiorum, atq; nepotũ ex virili ſexu deſcendentium ab eiſdem, alicuius aperiatur ianua dignitatis, quę verba generaliter loquuntur, et generaliter ſunt intelligenda, vt in. d. l. de prætio. ff. de publi. in rẽ act. ergo. eodẽ modo in crimine hęreſsis. ¶ quæ conclu-

ſio

ſio corroboratur per tx.c.ſtatutũ.2 §.hoc ſane de hęretic. lib.6.ubi indiſtincte,& generice ponitur iſta pœna; etper tx. c.filij de hæreti.eod.lib.6.vbi filij eorũ,qui hæreſsim in articulo mortis cõmiſſerunt,patiuntur pœnas canonicas, ergo indubitãter tx. de filijs,iam natis intelligendus eſt, & etiam eſt tx.c.2.§.hæretici eod.tit.et lib. & hoc ſeruare iubet tx.l.fin.in.fi.C.de bonis pręſcriptorũ,dicens:in maieſtatis vero crimine condẽnatis,veteres leges ſeruari iubemus. †ſext⁹ quia in materia maiorat⁹,officij,vel dignitatis transferendæ in filium maiorem Primogenitum,filius natus ante quam pater habeat talem dignitatem, vel ſit Rex, Dux,Comes, Marchio , vel aliquam aliam, vel impetret maioratum, ſuccedit,& præfertur alteri filio nato poſt talem dignitatem adeptã.quod tenet Anton.Gom.in.l. 40. Tau.n.67 Salicet.in.l.imperialis.§.illud.in.fin..C.de nuptijs. ꝙ etiã tenet,Idẽ Anton.Gom.3.thom.var.c.2.nu 16. verſ 4.et finaliter facit,vbi multos citat.DD.ergo in crimine hęreſsis ad filios antea natos,pœna eſt extẽdẽda. Quibus iuribus,et rationib⁹ clariſsime,et euidẽter probatũ eſt hãc pœnã eſſe inponẽdã tã filijs antea natis,quã poſt.ꝙ etiã tenet et affirmat Archid.in,d.c.ſtatutũ.§.hoc ſane,et Nauar.in ſuis cõmẽt.de pręſũp.lib.5.præſũp.33 n.17. Roxas in ſing.66.et 68.et de hęreti.aſſertione 41.et.44.Iul.Clar. § hęreſ.n.17.et § læſſe maieſta.n.12 Couarr.lib.2. var. c. 82.n.5,cũ ſequẽ.Angel.in tract.de malefic.verb.et ay traditò la mia patria.n.5 fo.151.Hyeron.Gigas in tractat.de crim.lęſſe maieſ.lib.3.queſ.5.in fin.Ioã.lup⁹ in.c. per vras de donat.inter vir.et vxor § 23.n.17.cũ ſeq. Greg. Lop.in l.2.verſ.Sus hijos ti.2.part.7,Galind.in regia diſputatione § 18.qui omnes dicũt,et affirmant,eſſe magis cõmunis de rigore iuris, et ego illã teneo veriorẽ,ſequẽs Ant.Gom. 3, thom.var.c.2.num.16.verſ.ſed his. in fin.et verſ. et adde.qui dicit hanc eſſe veram et cõmunem opinionem , &

me-

melius in iure probari, vt dicit Rox. vbi supra, dicens: hoc vitium hæresis, esse mere spirituale, et non trahere originem, vel commertium à carne, et ideo cessat ratio supra posita, an filij veniant ex infecta, vel maculatá radice, vel non. et sic respondetur ad fundamenta primæ opinionis, scilicet, leges illas tam de iure communi, quam regio, loqui in casibus particularibus, vt per eas apparet, vt tenet Gom. vbi supra, et Couarr. lib. 2. var. c 8, num. 16 secus in crimine hæresis, quia est nimis attrox, & grauis, vt. c. quicquid in omnibus, 32. quest. 7. et. c. quod autem 24. quest. 3. et. c. primum 22 quest. 2. † Sed iam quod filij. aut nepo-
69 tes damnatorum Sancto Officio Inquisitionis, careãt dignitatibus, beneficijs, et alijs officijs publicis, inquiro, illi qui iam sunt in eis, et obtinent beneficia ecclesiastica, dignitates, et officia publica, debent illis priuari propter delic
70 tum hæresis superueniens, an gaudere illis? † Et Respon. quod quamuis pro crimine superuenienti non priuatur quis beneficio, vel officio, vt tenet glos. in Clemen. 1. § ipsius filij, verb. obtinenda, de pœnis, quam sequuntur, ibi Card. et Imol. et Bonif. num. 51. et est similis glos commu niter recepta secundũ Abb. ibi num. 4. in. c. sæpe, de appel. idem Abb. in. c. per Inquisitionem. col. 3. de electione. tx. c. non ne. 8 quest. 4 glos. in c. cum non liceat, de præscript. glos. in summa. 8. quest. 4 Iass. in. l. 1. num. 3. ff. de reiudic.; Tamen in crimine hęresis, vel proditionis, ob tanti sceleris prauitatem, hi proditores, vel hæretici, eorumq; fautores, & filij, ac nepotes eorum, non solum indigni efficiuntur ad talia officia, beneficia, et dignitates obtinendas: sed etiam ad iam obtenta. tx. c. vt commissi. §. priuandi, de hæret. lib. 6. et ibi, Ioann And. et. DD. cómuniter. Bonus tx. in. c. Fœlicis. de pœnis. Iul. Clar. §. hæresis. nu. 66. qui alios refert. DD. glos. et ibi Dominicus, et Prępositus in. c. quo iure. dist 8 Couarr. lib 2 var. c. 8. num 3. et est tx. in. d l. 2.

tit.

tit. 2. et l. 4. tit. 26. part. 7. et an filij hęreticorum priuētur beneficijs iam obtentis tempore quo eorum parentes crimen hæresis commiſſerunt. Abb. et Ant. in. cap. Vergentis, de hęreti. tenent quod non. Idem Abb. in. c. cū laici. de iure patron. et in. c. quanto de iudic. nu. 9. Gundiſ. de Villa Diego de hæreti. queſt. 23, Alphonſus Guerrero in theſauro religionis Chriſtianæ. tit. de hæretic. nu. 24. bona gloſ. in. c, ſatis peruerſum, diſt. 56. approbata per Præpoſitum, ibi. Contrarium tenet Ioan. de Imol. in. l. in inſulam, in principio ff. de verb. oblig. Iul. Clar. vbi ſupra, et dicit communem eſſe opinionem, et Couarr. ubi ſupra, nu. 4. in fin. Sed tamen Rox. in ſingul, 24. in fin. dicit hanc quæſtionem tanquam dubiam, et ambiguam, ad Romanum Pōtificem remitti debere, quia noua deciſsione indiget. Sed tamen mihi videtur quod filij, aut nepotes hæreticorum, careāt omnino beneficijs, et alijs dignitatibus, tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, et tam obtentis, quam obtinendis, cuius concluſionis ratio eſt. † Quia bene valet argumentum de minori ad maius, vt in c. cum in cunctis, et ibi gloſ. verb. multo fortius, de electíon. et ibi. D. D. et tx in l. 3. C. de cōdit. in debit. et. l. Si quando. C. de teſti. quia quidem grauius eſt, diuinam offendere maieſtatem, quam humanam, vt. c. vergentes, de hæret. in. 6. et. l. Manichæos, & in auth. Gazaros. C. de hęret. † Sed delinquens contra regem temporalem, dicitur proditor, et incurrit crimimen læſſæ maieſtatis, et ipſi, et eorum filij, priuantur officijs, et dignitatibus, quia infames efficiuntur, per tx. in. d. l. quis quis, cum ſuo. §. filij. C. ad leg. Iul. maieſt. et. l. 1. et 2. titul. 2. par. 7. et non ſolum priuantur officijs, et dignitatibus obtinendis, ſed etiam obtentis, vt. l. iudices. C. de dignitat. & tenet Paul. Caſt. l. 2. nu 4. et 6. ff. de his qui nota in fam. et. l. 7. tit. 6. part. 7. ergo à fortiori filij, et nepotes damnatorum Sancto officio Inquiſitionis, quorum paren-

71 72

tes hæretici et proditores fuerunt contra Deum omnipotentem, optimum maximum, merito priuandi sunt talibus dignitatibus, et officijs iam obtentis nam si contra homines illatæ blasphemiæ impunæ nõ transeunt, multo magis, qui ipsum Saluatorem nostrum blasphemãt, digni sunt supplicia sustinere. vt dicit tx. in auth. vt non luxuriẽtur homines contra natu §. 1. col. 6. † Quod in tantum verum est ꝙ pro nullo alio peccato Papa potest conueniri, quam pro heresi. vt in. c Si Papa. dist. 40 &. c. cum pacem. 24. quest. 1. et. c. ad abolendam. § 1. et. 2. cum similib. de hæretic. Bonif. de vitali. de crimine hæres. nu. 13. ergo priuãdi sunt meliori ratione heretici, et eorũm filij, quam delinquentes contra Regem tẽporalem. † Et hac ratione hodie hæreticorum filij. et nepotes secũdũ Couarr. et omnes illum sequentes, & etiam omnes illi qui ex eorum genere descendunt, omnibus officijs Sanctæ inquisicionis, et quibusdam monachorum monasterijs, collegijs, et cõfraternitatibus, carẽt. vt est illa famossa fraternitas misericordię in ciuitate Hispalensi fundata, et etiam quibusdam capitulis ecclesiarum cathedralium, ut est ecclesiæ cathedralis Diui Ioannis Baptistę ciuitatis Pacensis, patrię meæ, in quo capitulo, neq; odor istius generis permittitur, & similiter in famosa ecclesia Toletana cum à Reuerendissimo Cardinali Domino Ioanne à Siliceo Archiepiscopo Toletano, ita statutum dignissime fuit: in quo statuto, eos omnino excludit, et repellit, siue ab vno, siue à decem, siue à viginti, siue à centum annis, et eo amplius religiosse ac laudabiliter vixerint. † Et causa potissima inter aliàs, quod de nouo conuersi ad Fidem, ab huiusmodi prębendis, dignitatibus, et collegijs repelluntur, est, quia ipsi suá propria natura sunt nimis seditiosi, et infesti Christianis antiquis. vt probat. tx. in. cap. nimis absurdum de Iudæis, et in cap. constituit Sanctum Concilium. 17. quest.

73 74 75

17. quest. 4 & in cap. nulla officia. dist. 54. et tx. in. l. fin: C. de Iudeis, et in auth. Gazaros. C. de hæreti. et. l. 4. titul. 26. part. 7. Otalora de nobili. 2. part. 3. part. princ. cap. 7. numer. 26. & Iacob. septimam. de catholic. inst. cap. 46. in fin. contra Montalb. in. l. 2. titul. 3. lib. 4. fori leg. dicētem, esse hæreticum differentiam assignare inter Christianos nouos, et antiquos. † Et est alia ratio, quia sæpe solet filius, similis esse Patri, & sequitur leuiter filia, matris iter, vt. l. fin. C. de impub. et alijs substitu. gl. in. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili ædict. glos. verbo progenitores in c. venerabilem de electio. et glos. verb. metum in. c. si quis cum militibus. 6. quest. 1. et dicit. tx. in. c. Cenomanensem. 56. dist. quod paterna flagitia hæreditaria successione descendunt, de quo etiam videndus est Thom. grammati. cons. 13 n. 4 5. et. 6. et cons. 31. n, 4. 5. et. 6. ubi multa de hoc inuenies. † Et hoc quidem est quod dicitur per Math. c. 7. et per Luc. c. 6. ubi dicitur, non posse arborem malam bonos fructus facere, et è cōtra à bona arbore, malos fructus fieri nō posse, quod bene atq; elegantissime refert doctissimus Doctor Guillen Ceruant. in. l. 6. Taur. nu. 1. cum sequent. ubi adducit Mantuani versus dicentes,

76

77

Qui viret in folijs, venit à radicibus humor
et Patruum in natos, abeunt cum semine mores.

¶ Item adducit illud Marcialis lib. 6. Epigramat. ad Catalum, cum ebriosi filiam aquam bibebat, dicentis.

Miror quod Basi filia portat aquam.

IDEO Iustissimum mihi videtur, ne talis generatio ad talia beneficia, et dignitates admittantur. † Et est notandum quod Christiani antiqui appellantur quorum parentes seu maiores, ante ducentos Annos, ad

79

ad Fidem Catholicam fuerũt cõuersi, vt affirmat Iacob. Septiman. de Cathol. institut. c. 46. in fin. vel quando parentes, vel maiores publice, et occulte omni tempore fuerunt reputati pro Christianis antiquis, vel aliqua nũc non est notitia de cõuersione maiorum, & notabis obiter hoc nomen Christianorum a Christo deuenisse et originem habijsse in ciuitate Anthiochẽse, vbi Beatus Petrus et Paulus in suis contionibus nomen hoc Christianorum prædicauerunt, Anno Domini 1388. Item notabis, officium Sancte inquisitionis, in nostra Hispania originem habuisse ab Anno Domini. 1479. Vbi Reges Catholici Dominus Ferdinandus, et Elisabet cum licencia Alexandri, 6. Pontificis eam fundauerunt. Quamuis postea quidam Saauedra Cordubensis humilis progeniei se temerarie Nuntiũ Pauli. 3. Pontificis maximi in Lusitania, Regnante Rege Domino Ioanne. 3. falsis litteris Apostolicis simulauit, et in dicto Regno Lusitano Inquisitionem fundauit. † Item minor iudicare, non potest, vt in. c. cum vigessimum, de offic. deleg. et. l. ad rempublicam. ff. de muneri. et honori, et quamuis de iure communi sufficiat, quod iudex ordinarius, vel delegatus, sit mayor. 18, annorum, delegatus tamen maior quatuordecim, et minor decem et octo, potest esse, si ex consensu partium delegetur, vel ordinarius, si ex certa scientia imperator eum iudicem elegerit. tx. cũ glos. verb. quidam, in. l. quidam. ff. de re iudic. Burg. de Paz in. l. 2. Tauri. nu. 57. fol. 153. et Constant. Armeno. in prõptuario iuris, tit. 4. de iudice Cal. § minor. Ant. Gom. . thom. var. c. 1. num. 55. fol. 17. & Guillem Ceruant. in, l. 2. Tauri à nu. 31. Sed tamen de iure regio sufficit viginti quinq; annorum ætatem habere per tx. l. 5. tit. 4. part. 3 Sed nunc de iure nouiori est tx. l. 2. tit. 9. lib. 5. nouæ recop. vbi disponitur, iudicem viginti et sex annos habere debere, quæ lex hodie seruatur in practica, vt traddit Ant. Gom. in. l. 2. Tauri

Nomen christianorum — Officium inquisitionis origo — Inquisitio introducta in regno lusitaniæ — 79

Tauri.nu.1.et Roderic.Suar.aleg.12.nu.1.Curia Pisan.c. 12.lib.1.nu.3.et.4.et.7.cum sequentibus.† Sed dubitatur coram quo judice est opponenda talis exceptio minoris ætatis,et quis de ea cognoscere debeat?Bart.tamen hãc mouet.q.in.d.l.quidam consulebant.ff.de reiudic.fere per totam lecturam,et dicit,quod aliquando opponitur exceptio,quod quis iudex esse non potest naturæ impedimento, vt quãdo iudex caret iudicio mentis,vt si est furiossus, impubes,et similes,et tunc talis iudex non cognoscet de ea exceptione,quia idem impedimẽtum est incognitione istius exceptionis,quod de principali,vt in.l.cum prætor §. fin.ff.de iudic.et sic occurrẽdum erit ad superiorem,quod adeo verum est,quod si non opponatur,iudicium erit nullum,cũ proueniat ex deffectu iurisdictionis., vt colligitur ex.d.l.quidã consulebant,in pr.idem tenet Bantius,de nullit.ex deffectu iur.nu.136.vers.facit etiam Bald.in.l.si procurator col.4. vers.reddet.ff de procura.Felin.in.c.ad probandum in pr.de reiudi.tx.expræssus in.c,statutum de rescript.lib.6.et ibi gl.verb.cõmitantur: aut opponitur propter alium deffectum,et tunc quando talis deffectus nõ causatur a persona iudicis,sed ex natura causæ , vel conditionis personæ litigantis,vt si iudex est sęcularis,citatus vero clericus,vel laicus alterius territorii,et iurisdictionis, tunc ipse cui opponitur,cognoscit,et pronuntiat,vt in.l.si quis ex aliena. ff. de Iudic. et in. leg. 2. et ibi Bart. ff. si quis inuocat.non ierit.† Et est notandum, quod si iudex ecclesiasticus cognoscit de exceptione sic proposita coram iudice sæculari, tunc inhibet iudici sæculari , ne interim in causa procedat,quia posset surgere intricatio processuum et sequi sententiarum contrarietas,vt in. c. tuam de ordi. cognit.lapus.aleg.66.Ant.de Butri.in.d.c.tuam,Federic. cons.221.et videndus est Abb.cons.5. 2.par.n.1.et in his casibus, præterquam in clerico , si exceptio omitteretur, valet processus,vt in l.fin.C.de exceptio.Innoc.in.c. sci-

82 citatus de rescript. † Quia Clericus, non potest in iudicem laicum consentire, vt. c. 1. et. c. si diligēti. et ibi gl. verb. pa-
83 cto priuatorum, et, c. significasti de foro comp. †. Quod fallit in casu recōuentionis, quia tunc clericus potest a laico reconueniri coram iudice laico, vt si clericus agit contra laicum, coram suo iudice sæculari, tunc laicus potest recōuenire clericum coram iudice laico, ita Bart. in auth. et. cōsequenter. C. de senten. et interlocu, omni. iudicum. col. fin. gl. c. 1. de mutuis peti. Bald. l. 2. §. sed si agāt. ff. de iudic. specul. in tit. de reconuent. §. nunc dicamus, vers. sed pone clericus, vbi limitat hoc in tribus. Primo, si clericus reconuenitur in causa spirituali, cuius est incapax iudex laicus, vt. in. c. decernimus de iudiciis. Secundo, si conueniatur Clericus de causa criminali, quæ infamat clericū. de quo vidēda est gl. verb. aut cōdemnare. c. 2. de foro comp. tertio et vltimo, si laicus procurat cum dolo, et cautela, prouocare clericum, vt illum coram laico conueniat, vt ibi eum recōueniat, secūdū specul. vbi supra. §. 1. vers. quid si laicus. Bald. in. d. auth. et consequenter. col. fin. Robert. Maran. de ord. iud. 4. p. nu. 44. cū duobus sequentibus. Abb. in. c. ad si clerici, de iudic. nu 19. cum sequentibus gl. in summa 11. q. 1. vers. nisi in tribus, sunt et aliæ fallentiæ; si videas gl. in. c. clericū. 11. q. 1. et. gl. c. principes. 23. q. 5. et gl. et. ibi Abb. et alii. c. tria, de decim. quas gl. intellige vt ibi per eas, et secundū Petrū Ancarr. in reg. eaquę fiunt a iudice. q 21. de reg. iur. lib. 6. Cardin. in. c. perpendimus, de sent. excom. Cepol. cons. 11. Alex. cons. 8. vol. 1. et Nicol. Euerard. in 1 hopic. iuris multis ad hoc per eum citatis authoribus in loco à milite. nu. 14. fol. 338. †. Aut aliquando etiā exceptio sug-
84 gillat formā, seu honorē iudicis, vt si opponatur, quod est infamis, vel seruus, tunc de ea non poterit esse iudex, vt. l. absentem. C. de acus. quia si iudex esse nō potest quādo ad eum spectat commodū pecuniarū, vt. l de iure. ff. ad municipal, minus etiam poterit quando agitur de fama iudicis

quę excedit commodum pecuniarũ, vt.l. Iulianus.ff. si quis omis.caus.test.et Guilier. Casiad. decis.3.de iure praton.nu 3.fol.199.et dixi.c.15.tunc recurrendum erit ad superiorẽ, vt tenet Iul. Clar.in pract.crim.§. fin.q.43.nu. 4. . † Et

85 notandũ erit, quod si hæc exceptio non opponitur, procedit, et valet iudiciũ, vt.l.2.C. de sent. et interlo. omn. iud. specul. in tit. de iudice delegato.§.fin. vers. sed nunquid infamis, vel oportebit occurrere ad arbitros qui de causa cognoscant. vt.l.cũ specialis.C. de iudic.et.c.cũ speciali de appell. Aliquando etiam opponitur exceptio quæ statum, et non famam iudicis contingit, vt quia est minor, et tunc ipse poterit cognoscere, et pronuntiare se iudicẽ, quia iudex est, et habet iudicium, quia maior est quatuordecim annorũ, argumento tx.in.d.l.si quis ex aliena.ff.de iudi.et notatur, quod si talis exceptio omittitur potest opponi post sententiã, et reddit iuditiũ retro nullũ, vt.in.d.l.quedã cõsulebãt in pr.ff.de reiudi.et partiũ consensus nõ potest eum facere iudicẽ, nisi cõsentiat tẽpore delegationis, vt in.d.l.qui

86 dã cõsulebãt, et in.l.5.tit.4.p.3. † Sed quando debeat poni exceptio declinatoria, nõ potest esse iudex? resp. quod opponẽda est ante litis ingressum, hoc est, ante litis cõtestationẽ, vt in.l.penult.et.vlt.C. de except.et in.l.exceptionẽ.C deprobation.et in.c.exceptionem.et in.c. Pastoralis de exceptio.et in.l.9.tit.3.par.3. Bart.in.l.non videtur.nu.1.ff. de iudic.idẽ Bart.in auth.de exhibẽ.reis.§ illud quoq; nu. 14.in.l.3.nu.fin.ff.pro suo. Gundi Suar. de Paz. in practica.1.thom.tẽpore.5.fol.36.nu.14.cum seq. quæ exceptio declinatoria, si ommissa fuerit, et oppositũ fuerit ante litis contestationem, non potest amplius in appellatione opponi. Bart. in.l.ita demum.nu.2.C.de procura. Abb.et Fœlin in.c.ad audientiam de rescript. Roman.cons.384. et Paul. Cast.cons.75.et.leg.1.tit.5.lib.4.noue recopilation.

87 †. Sed dubitatur, an exceptio quæ libet peremptoria si op-

ponatur in causa principali ordinaria, poterit postea opponi finito iuditio principali in via executiua, et videtur quod non, quia exceptiones peremptoriæ ante sententiam natæ, post sentẽtiam allegari, nullo modo possunt ad illam retractandã, de quo est casus expressus in. l. peremptorias. C. sent. rescin. nõ posse et ibi. DD. Sed tamẽ ad hoc resp. cũ distintione, quod aut exceptio fuit opposita in causa principali ordinaria, ad hoc vt de ea cognoscatur principaliter et illa exceptio reiecta expresse fuit in sentẽtia, et pars cõdẽnata, tunc non poterit iterum opponi in via executiua post sententiam, quia obstat exceptio rei iudicate, secus si de ea non cognitum fuit principaliter, neque de ea facta fuit mentio expresse in sententia, quia bene poterit iterum opponi in via executiua, maxime si est exceptio modificatiua; quod probat. tx. in. l. ex diuerso. 18. §. fin. cũ. l. sequenti et ibi Bart. et Alex. et DD ff. solut. matrim. et. l. Nesennius. 41 in pr. ff. de reiud. et. l. 1. et ibi. gl. C. de iur. et fact. ignor. bonus tx. in. l. si fullo, vbi Bart. et Paul. ff. de condictione sine causa, et in. l. eleganter. 23. §. si quis. ff. de conditione in. deb. gl. verb. eiusmodi. in. c. cum Ioann. de fide. instrum. et hoc sequitur additio ad deciss. 258. Capell. Tolos. et interminis ita consuluit pulcherrime Ancarr. cons. 6. per totum maxime. nu. 8. multis efficacissimis rationibus † Vt est

88 exceptio compensationis quia modificatiua est, vt probat tx. in. l. quod in diem. 6. §. si rationem ff. de compensat. et in. l. si autem § quocumq; modo. ff. de negot. gest. vbi disponitur; quod alegata, et opposita exceptione compensationis, si iudex circa eam nihil pronuntiat, potius illam omisit, tũc salua manet petitio ad hoc vt iterũ alegari possit, et ita est intelligẽdus tx. in. d. l. perẽptorias. C. sent. resc. nõ posse et hoc idẽ voluit dicere Paul. cast. cons. 100. nu. 5. vol. 1. et Bald. cõs. 287. nu. 3. et. 4. vol. 1. † Et etiã ponitur exẽplum

89 in exceptione beneficii inuentarii; quæ etiam est modifica-

ficatiua, et de iure, etiam post tres sententias in earum executione potest allegari; quia non infringit, neque retractat iudicatum, sed modificat, vt prob. in. d. l. Nesennius. 41. §. fin. ff de reiudic, et in d. l. ex diuerso §. iniuditio, ff. solut. matr. et in. l filius familias in pr. ff. quod cum eo, gl. expressa in. l. duobus. 19. verb. obstare. ff. de reiudic. Ioan. And. in additio. ad specul. tit. de instrumẽto ædi. §. fin. nu. 18. verb. secundum. Bart. l. 1. et ibi Bal. comunem dicit, et Paul. Cast. et Iass. nu. 17. C. de iur, et fact. ign, et ibidem nouissime Dominus Ant. de Padilla. nu. 40. Ancarr. cons. 6. Odofred. l. 2

90 C. de ord. iudic. in fi. †. Et hoc resp. ad gl. in. d. l. Nesẽnius. §. fin. verb. non tenetur. ff. de reiudic. et ad illud quod adducit Auend. in. l. 4. tit. de las exceptiones. nu. 49. lib 3. ordinamenti qui dicunt exceptionem beneficii inuentarij semel allegatam et reiectam per sententiam difinitiuam, amplius allegari non posse, quia illud est intelligendum, quando illud plene fuit cognitum de hujusmodi exceptione, et super ea extitit pronuntiatum. Sed si non plene cognitum fuit, vel reiecta non fuit expræsse super ea pronuntiando, salua manet petitio, ut in. d. l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compensat. et in. l. si autem. § quocunque modo. ff. de negotiis gestis, quod in terminis resoluit Ant. Gab. plures allegãs doctores. 2. thom. commun. opinion. tit. de except. conclusione. 1. nu. 15. et cõclusione. 2 nu. 14 et Ioan. And. et Canonistæ, maxime Fælin. in. c. inter monasterium de re

91 iudic. Bart. et Bald. in l. a procedẽte, C. de dilation. †. Qui dicunt quod exceptio de qua non fuit plene cognitum, nunquam censetur reiecta, et tunc dicetur quod non fuit plene cognitum de illa, quando sententia expresse nullam facit determinationem, illam verbis expressis rejiciendo, quod necessarium est ad illam opponendam in executione, vt in terminis dicit Iass. in. d. l. 1. nu. 17. C. de iur. et fact. ign. et in l. ea demum. col. fin. C. de colation, et Zazius lib. 2. respon-

sorũ. c. 1. in pr. sic declarãs glosam in. d. l. Nesennius, §. fin. cui rectissime adaptantur traddita per Ant. Gab. vbi. S. tit. de exception. conclusi. 2. in limitatio. maxime vero limita-
92 tione. 1. et vltima et aliqua in conclusione 2. † Sunt et alia multa exempla adducta per Bart. Iass. et DD in. d. l. 1. C. de iur. et fact. ignõ. et ibi D. Ant. de Padilla nu. 1. cum sequent. et nu. 40. cum seq. et per Bald. cons. 287. n. 3. et. 4 vol. 1. et.
93 † Ita est intelligendus tx. l. 1. tit. 21. lib 4. nouę recop. vbi, signãtur exceptiones quę in via executiua opponi debeãt, ibi: Y tal que de derecho se deua recebir, quibus verbis re-
94 liquę exceptiones legitimæ non excluduntur, † Quia quã do exceptio est iuridica, non excluditur à lege, vt dicit Roder. Suar. in l. post rem iudicatam. § sed prouidentia. nu. 3. et. 37. et quia omnia sunt permissa, quæ per legem prohibita non sunt, vt in. l. nec non. §. sed quod agit, ff. ex quibus causis maiores, et. l. mutus. § conquæritur. ff. de procur. et. l. statuas. C. de religios. et sumpt. fun. præcipue quando talis exceptio se compatitur cum sententia, et venit admoderã dam executionem, vt per d. Roderic. Suarez vbi. S. nu. 48. et in iuribus supra in hoc. cap. allegatis nu. 86. et videndus
95 est Ioan. Gars. de expensis. c. 6. nu. 15. †. Item, qui non est baptizatus iudex esse nõ poterit; vt in. c. nulla officia. dist.
96 54. et. c, constituit. 18. q. 4. et. c. catholicus. 2. q. 6. †. Vltimo iudices non eliguntur naturales ipsius met patrię ne aliqua affectione, vel partialitate notentur, nisi eorum commoditas palam elucescat vt. l. minime, ff. de religios. et sumpt. fun. et. l. 1. C. vt indig. ord, seru. lib. 12. et. l. fin. C. de officio rectoris prouintiæ; et. l. 11. tit. 18. p. 1. quod bene declarat Auil. in. c. pr. prętor. §. tierra. nu. 14. et. tx. in. l. 2. C. de crimi.
97 sacrileg. †. Quod secus est in rectoribus, vel decurionibus ciuitatum, quia requiruntur naturales istius regni, per tx. l 1. tit. 3. lib. 7. nouę recop. et non solũ regni, verum etiã vt sint naturales vicini, et habitatores illius populi, vel ciuita-
tis.

tis vbi creatur de curio propter patriæ dilectionem;vt.l. 1 tit. 3.lib. 7.ræcop. Auéd.in.cc. prætorú.c.19 lib. 1 nu.17. Azeuedo in Curia Pisa.lib.1.c.12.nu. 8.et etiam.l.14. tit. 3.lib.1.recop. 98 † et est notandum, quod sufficit per decennium ibi habitare,ad hoc quod vicinus dicatur vt.l.5 tit. 2.lib.7.nouæ recop.in fin.et.l.2.tit.24.p.4. in fin . vbi alias naturalitatis causas inuenies. De quo videndus est. d. Azeued⁹. vbi.S.et ind,19.tit 3.lib.1.recop.vbi de hoc multa dicit,et etiam Auend.vbi.S.quod extenditur ad ciues ex priuilegio secundum Boerium.decisione.260.nu.23. Guillen.Ceru.in.l.12.tauri.nu.59.

SVMMARIA
Capit, Xiii

IVdex suspectus recusari potest.nu.1

Recusatio correctoris extenditur ad locum tenentem, licet contra eum non sit causa, quia præsumitur ambos vna habere voluntatem. nu.2

Arbiter,an recusari posit cum causa,et sine ea, et arbitrator.nu.3

Arbitri ad diuisionem bonorum faciendam inter partes an possint recusari,modo sint nominati per partes modo per iudicem de officio.nu.4.5.6.et.9

Iuramentum requiritur in recusatione iudicis ordinarij et an requiratur cum arbitro,quamuis causa recusationis superueniat.nu. 5.et.nu 9

Recusatio quid operatur.nu.6

Recusationis forma in causa criminali.nu.7

Recusationis forma de iure canonico.nu.8

Arbitri qui de causis recusationis cognoscunt de iure canonico,an debeant esse ecclesiastici,vel sæculares.n.9.

Recusationis forma contra iudices superiores nu. 10.

Acta per iudicem recuſatum, ſunt nulla. nu. 11.
Practica quę in recuſatione ſeruatur. nu. 12.
Recuſatio generalis an valeat. nu. 13.
Iudex conſanguineus alicuius partis litigantis, an poterit recuſari. nu. 14.
Exceptio tu eſt cōſanguineus, ſi non opponatur, an valeat proceſſus. nu. 15.
Pater, an poſsit eſſe teſtis pro filio, et è contra, et quando. nu. 16.
Domeſticus, an poſsit eſſe teſtis. nu. 17.
Iudex qui prius fuit aduocatus, vel qui prius fuit procurator, recuſari poteſt. nu. 18.
Teſtis qui in cauſa fuit aduocatus, vel procurator, non valet eius teſtimonium, et idem de iudice. nu. 19.
Iudex ſi corruptus fuit odio, gratia, vel præmio, recuſatur, et idem de teſte. nu. 20
Iudex inimicus, recuſatur. nu. 21.
Teſtis inimicus, non valet eius teſtimonium. nu. 22.
Inimicus capitalis, quis dicatur. nu. 23.
Iudex ſi punit partem in principio litis, recuſatur. nu. 24.
Iudex domin⁹, vel familiaris partis aduerſæ recuſatur. n. 25.
Iudex habens conſimilem cauſam, recuſatur. nu. 26.
Teſtis habens conſimilem cauſam recuſatur, et non valet eius teſtimonium. nu. 27.
Iudex quis in ſua cauſa, nemo poteſt eſſe. nu. 28.
Capitulares poſſunt deponere de his quæ in capitulo aguntur. nu. 29.
Princeps poteſt eſſe iudex in ſua cauſa. nu. 30.
Teſtis ſocius criminis, excomunicatus, et particeps, in defectum probationis admittitur, vt teſtis. nu. 31.
Synodus Prouintialis an poſsit recuſſari. nu. 32.
Doctores collegii, vel vniuerſitatis, an poſsint recuſari. numer. 33.

Decuriones ciuitatis an recusari posſint.nu. 34.et.36.et.40 ubi declaratur l. 1. tit. 16. lib. 4. recop.
Appellari poteſt à concilio Prouintiali, et ſimiliter poteſt recuſari.nu. 35.
Concilium generale errare non poteſt.nu. 36.
Eccleſia vniuerſalis catholica pro qua Dominus orauit, errare non poteſt.nu. 37.
Recuſationis cauſæ, multæ ſunt. nu. 38.
Recuſatio ſi eſt iuſta, vel non, relinquitur arbitrio iudicis. nu. 39.
Recuſationis forma, quando decuriones ciuitatis recuſantur. nu. 40.
Exceptio dilatoria de iudicis recuſatione, quando opponẽda erit. nu. 41. et. 43.
Iuriſdictio prorrogatur conſenſu tacito partium. nu 42.

DE EXCEPTIO-nibus recuſationis, quę contra Iudices oponuntur. Cap. xiii.

HVc vſque dictum fuit de illis qui judicis officium exercere non poſſunt, nũc de exceptionibus recuſationis, quę cõtra iudices opponuntur, dicendum erit. † Cum aliquando iudices a partibus ſuſpecti inueniantur, et remedium iuris eſt, illos recuſare, vt probat. tx. cum gl. verb. Dominus in c. cauſam. 2. de officio delegati, et. c. peruenit, et. c. ſi clericus. 11. q. 1. et. c. ulti. n. 3. q. 5. et. c. ſi quis contra de foro comp. et. c. cum ſpeciali de appellat. et. c. inter mo-

 naſ-

nasterium. de reiudicat, et. c. cum inter, de except, et. l. aper
2 tissimi. C. de iudic. et. l. 22. tit. 4. p. 3 † quæ recusatio etiam
ad locum tenentē correctoris extenditur, licet contra eum
nulla alia sit suspitio, cum presumatur talem locum tenē-
tem voluntatem sui correctoris sequi velle, quia vbi suspe
ctum est caput, ibi etiā qui caput sequuntur censentur sus-
pecti. Bald. l. 1. C. si rector prouin. Vnde ex suspitione cor-
rectoris, recusatur eius locū tenens. Hāc sententiā sequun-
tur Abb. et Fælin. in. c. insinuante. de officio deleg. col. 1.
Robert. Mar. in speculo ad vocat. 6. part. actu. 2. de appell.
nu, 28. fol. 579, et Azeuedo in curia Pisana. lib. 1. c. 9. nu. 1.
3 †. Vnde infero quod sicut iudex ordinarius recusatur etiā
et arbitri iudices recusari possunt, iusta causa superuenien-
te; ad cuius interprætationem præsupponēdum erit, quod
aut sunt arbitri iuris, vel arbitratores, et isti ex iusta causa
superueniente regulariter recusari possunt, ut suspecti, vt
tenet Abb. et Imol. in. c. Quintaualis de iure iur. Lan Fran-
cus. de Oriano in tract. de arb, 7. p. q. 34. et est tx. l. non dis-
tinguemus. § cum quidam. ff. de recept. arb. quamuis Guil-
lermus de cug. in l. epistola. C. de episc. et cleric. teneat con
trarium cū arbitratore. Sed dicta opinio Guillermi cōiter
nō tenetur, immo quod siue sint arbitri iuris, siue arbitra-
tores, regualriter recusari possont, ut suspecti ex iusta cau-
4 sa superueniente, ut in iuribus supra allegatis † Aut sunt
arbitri dati ad diuisionem bonorum faciendam inter par-
tes, et tunc aut sunt nominati per iudicem per contumatiā
Sed tamẽ pro alia parte, quæ verior et cõmunis est, videtur dictã pœnã Palinodiæ cantandæ, non esse imponendã viduã iniurianti, sicuti nuptam, quę opinio, iustissima est rationibus sequentibus, primo quia d. l. 2. tit. 10. lib. 8 nouæ recop. tantũmodo ponit pœnã Palinodiæ cantandę mulierẽ nuptam iniurianti, ibi: o a muger que tenga marido &c.

45 † Et dũ lex pęnalis sit, ampliari non debet, tanquã lex odiosa, sed potius restingi, vt. c. odia. de reg. iur. lib. 6 & ibi Ioan. Andr. et. tx. l. cũ quidã. ff. de liberis et postu. et. l. qui exceptionẽ. ff. de cond. in debiti. et. c. pænæ. de pænit. dist. 1. tx. l. si præsses. 32. et. l. pænę. ff. de pænis. vnde non debet extẽdi

46 ad viduam iniuriantem. †. Quia ratio cuiuscumque dispositionis, restringit dispositionẽ, seu dictũ ad limites ipsius rationis, vt. l. cũ Pater. § dulcissimis. et ibi Bart. Ioann. de Imol. et alii. ff. de legat. 2 et est bonus et elegans tx. l. adigere § quamuis, et ibi Bart. ff. de iure patron. tx. l. hæc actio secũdum secundam lecturã glosę, quã approbat ibi Bart. ff. de calum. tx. cũ gl. l. si is qui animo, et ibi Paul. Cast. et alii ff. de acquir. posses. tx. l. milites agrum in pr. ff. de remilit. in quibus iuribus multa habentur exempla, et hanc regulam pro firmissimo fundamento ponit Salicetus in sua notabili repetitione. l. 2. C. de noxal. actio. et Ioan. Baptist. in sua repet. l. omnes populi, circa sextam principalẽ quæstionẽ, Bart. ff. de iust. et iur. Abb. in c. ecclesiæ. col. 2. de immuni. ecclesia. et. c. ad audientiam. de decim. idem Abb. in c. fin. de rescript. et dicit Parlad. in lib. rerũ quotidian. c. 17. nu. 13. vers. quid ergo si filiũ meretricis, quod si quis aliquẽ filium meretricis dixerit, habebit in eum locũ pœna Palinodię cantandæ, si mater nupta fuerit, et viua, secus si non est nupta, et viua; vel si est mortua, quã sententiã tenet ibi etiã in finalibus verbis capituli, dicens, de vidua ne quaquã pœna illa est intelligenda. †. Et est alia ratio illius cõclusionis,

47 quia ratio legis est anima legis, vnde sicut anima de nominatur

natur corpori, ita ratio legis, vel canonis, denominatur verbis: tx. in l. scire leges: ff. de legibus, et l. cum mulier, et ibi DD. ff. solut. matrim. tx. l. non dubiũ, et ibi gl. et DD. C de legibus, tx. cum gl. in l. nominis et rei §. verbũ ex legibus, ff. de verb. signi. tx. c. fin. et ibi Dinus. de reg. iur. lib. 6. et c. secundo requiris, et ibi Abb. et DD. de appell. et ita ad nostrum propositũ, cũ anima et intẽtio istius legis sit, ne maritus vxoris iniuriatæ illam offendat, vel interficiat, & ex eo maius sequatur malũ, hac de causa illam posuit pœnam, nuptam iniurianti, non autem viduam, cum iam morte viri, hæc ratio cum ea cessaret, et ideo solummodo erit intelligenda cum nuptam iniuriante. † Item est alia ratio; quia generaliter limitata causa, seu ratio, limitatum producit effectum, vt l. in agris ff. de acqui. rerum domi. et l. et si seuerior, et ibi Bald. Alex. et alii. C. ex quibus causis infam. irrogetur: et § quod autem, et ibi Bald. et Angel. instit. de legit. agnato tute. Fælin. post gl. et Bart. in cap. cum ordinem. de rescript. vbi plura reperies exempla. Roder. Suar. aleg. 14. nu. fin. † Item quando clausula est adiecta propter unum effectum, non debet alium effectum operari; vt. l. legata inutiliter. ff. de legat. 1. et sic, cum l. 2. Regni tantummodo loquatur de nupta, dicens: o a muger que tenga marido, ad viduam extendi non debet, cum limitato modo de nupta loquatur, et loquens propter vnum effectum tantum, hoc est, in fauorem nuptæ, non debet alium effectum operari. † Cum a verbis legis non sit recedendum, etiam si lex sit per quam dura. vt in. c. in memoriam 19 distint. & l. prospexit ff. qui, & a quibus.

48

49

50

51 Secundo, fundatur secunda opinio. † Quia quæcunquæ verba specialia non comprehenduntur sub dispositione generali, sed requiritur quod specialiter exprimantur vt. cap. quamuis de preb. lib. 6. et. l. item apud Labeonem. §. hoc ædictum. ff. de iure iurand. Abb. in. c. at. si

clerici nu. 24. de judic. et cum in præsenti illa lex secunda regni loquatur specialiter de nupta, non est intelligéda, nec extendenda generaliter cum eo, qui aliam solutam, vel viduam iniuriauerit, sed tantummodo specialiter cú eo, qui nuptam iniuriauit, quia illa exceptio ibi, o muger que téga marido: firmat intentionem legis, hoc est, quod illa pœna
52 non extendatur ad alias mulieres iniuriantem † Vnde dicit Baldus. l. ita nobis pudor. C. de adult. quod si statutum mandat exequi instrumentum, nulla exceptione obstante, nisi solutionis, falsi, vel quietationis, quod nullę aliæ exceptiones poterint opponi, quia exceptio firmat regulá, quod videas ibi per eum, et plene per Bart. l. 1. §. et parui. ff. quod vi aut clam, et per Ioann. de Immol. Panormit. et Fælin. in c. ex parte, 2. de officio deleg. Salicet in d. l. ita nobis pudor. C. de adult. Immol. l. fin. ff. a quib. appell. nõ lice, quod fallit, & est intelligendum nisi illa exceptio quãquis offert contra instrumentum, vellit eã incontinenti probare, quia túc illa exceptio erit admittéda, vt tenet Decius. l. fin. nu. 43. C. de edict. diui Adriã. tol. et. c. an sit, de appellat. nu. 7. idem Decius. c. ex parte. 2. in. 3 fallét. de officio deleg. nu. 48. et in cons. 424. nu. 6. Rol. Aualle. cons. 2. nu. 36. lib. 3. Iass. in. l. iuris gentium quod fere. nu. 15 de pactis et. l. Iulianus verum debitoré. ff. de códitione in debiti. Cæsar Cót. in repetit. l. vnicæ. C. si de momét. pos. fuerit appell. limit. 12. nu. 4. fol. 376. tertio fundatur, quia d. l. 2. regni loquitur tantum de nupta, vt dictum est, quasi vellet ipsis mulieribus nuptis hoc concedere priuilegium † Et quando sta-
53 tutum imponit pœnã habito respectu ad qualitatem, vel priuilegium alicuius personæ; tunc nulla potest fieri extensio vt tenet gl. singularis. §. item mixta, verb. iniudicum institu. de action. Fælin. in c. translato. de constitut. et. c. 1. de sponsal. vnde non debet. d. l. 2. extendi ad viduas, quia so-
54 lum imponit pœnam respectu qualitatis nuptę † Quarto fun-

fundatur, quia alia est qualitas mulieris nuptæ, et alia viduæ, et similitudo debet assumi pari ratione, vt dicit Bald. in additioni. ad speculat. tit de disputatione et alegat. post principiú. Idé Bald l. illud C. de sacros. Eccles, et. l. si quis
55 non dicant. C. de episc. et cleric. †. Vnde similia sunt, quorú est eadem qualitas, vt tenet Ioan. And. in. c. non potest. de præb. lib. 6. in nouis, dicens post Boerium in thopicis Cicc ron. quod similitudo est rerum differentiarum eadem cóparatio, seu qualitas, et faciunt notata per Bald Ang. Ioan. de Imm. et DD. in. l. qui liberis in pr. de vulg. Sed qualitas nuptæ, est diuersa viduę, ergo non est similis et per consequens pæna. d. l. 2. non erit imponenda viduam, sicuti nup
56 tám iniuriáti. †. Quinto cófirmatur hæc. 2. opinio, quia posito vno contrariorum in esse, remouetur reliquum, vt. l. si inter me, et te. ff. de execut. rei iudicandæ. et. l. Pomponius, sed et is. ff. de procur. tx. l. hæc verba, ille aut ille, ibi: aut dies aut nox est, ff. de verb. sig. sed dicta. l 2, loquitur denupta tantum, ergo non est extédéda ad viduam, quia quando de vno conceditur, de altero denegatur per cósequens. tx. l. cum prætor. ff. de iud. et. c. qualis. 25. dist. et. gl. verb. dis-
57 ponere. §. de adulteris. de iud. †. Quibus omnibus rationibus idem intelliges dicendum, quando quis contra virum viduum hæc conuitia dixerit, vt si illum dicat, cornutum, quia dicenti non est imponenda pæna Palinodiæ cantandæ. sed habitur alia extra hordinaria pæna secundum qua-
58 litatem injuriantis, et iniuriati. †. Quod idé erit de nobilib' quia nobiles nó tenétur de hac pœna, per tx. in. d. l. 2 regni tit. 10. lib. 8. nouę recop. nec clerici, nec aduocati, cum vno eodemq; priuilegio gaudent, vt nobiles, vt dixi. c. 3. nú 25 cum seq. et videndus est Parladorius in. d. c. 17. numer. 9. Vnde Respondendum erit ad iura superius adducta pro prima opinione, quod intelligantur in fauorabilibus ciui-
59 libus, non autem in casu præsenti. †. Sed quæ forma erit te-

nenda in Palinodiæ cantatione docet Greg. Lopez. in l. 8. tit. 3. p. 7. verbo mintio. l. 25. tit. 18. par. 2.

SVMMARIA
Capit, XV.

Perfectioribus imperfectiores seruire debent. nu 1.
Iudex, vt minister Dei in officii administratione, gerit vices Dei. nu. 2
Iudex, venerandus est, quamuis prauus sit. nu. 3
Honor iudicis preferendus est. nu. 4.
Honor et dignitas est iudicare. nu. 5
Honor iudicandi preferendus est omni lucro, quia maior est cunctis rebus. nu. 6
Honor, et vita æquiparantur. nu. 7
Occidens quis aliquẽ propter defensionẽ sui corporis, honoris, et bonorũ, excusatur a pœna ordinaria. nu. 8
Iudex honorandus est, quia habet potestatẽ a Rege. nu. 9
Rebellis dicitur qui iudici parere non vult. nu. 10
Honor iudicis est, suam deffendere iurisditionem. nu. 11
Iudex potest suam deffendere iurisdictionẽ, tam armis materialibus, quam legibus. nu. 12
Crimen læssæ Maiestatis incurrit, qui iudicem et officiales offendit. nu. 13.
Ciuitas, et vicini tenẽtur iudicẽ dẽffẽdere, alias tenẽtur. n. 14.
Offendens iudicem, censetur Principẽ offendere, quia coniuncta persona reputatur. nu. 15
Vulnus quando est in capite, oculo, vel in facie, grauius vulnerator punitur. nu. 16.
Iudex, finito officio, gaudet priuillegio, quo tẽpore officii gaudebat; dico tẽpore syndicatus nu. 17. et 18.
Iudex et officiales debẽt virgã portare vt cognoscãtur. n. 19
Virga denotat potestatem regendi, et gubernandi. nu. 20

IV-

IVDICES SVNT honorandi ab hominibus, Cap, xv,

1 DEi optimi maximi, et naturæ ordine fit, vt res imperfectiores perfectioribus inseruiant, eodé modo, et Principes et iudices ordinãtur, vt Deo omnipotenti in seruiãt.
2 †. Quando quidem illius ministri sunt, eiusq; vices in officii huiusmodi administrando gerunt. qua propter Homerus, et etiam Hesiodus voluerunt, optimũ magistrũ singulare quoddam esse donum, regendis populis diuinitus concessum. Et ideo iustissimum esse iudico Deum omnipotété mortales timeant, illi obtemperent, illumq; debitis honoribus prosequantur, quemadmodũ Herasmus inquit òlim qui bene gesissent Imperium, his diuini decernebãtur honores.
3 †. Et quamuis magistratus vel iudex ipse prauus sit, venerandus tamen est ab hominibus ratione officii, et dignitatis, vt. c. multi cum duobus sequent. 1. q. 1. ex. c. sacerdotes, et. c. oues. 6. q. 1. circa quod dicit Herodotus. lib. 2. suę historiæ, ꝙ Amasius Rex AEgipti homo humilis qualitatis à natiuitate erat, qua de causa nimis erat ab AEgiptiis exprętus, qui cũ hoc abeis cognouisset (quia prudens èrat nimis) quandam statuam Idoli quã tota gens AEgiptia adorabat, formare de quadam pelui, in qua pedes lauare assueuerat, iussit, factaq; statua populũ AEgiptium voccauit, vt illam statuam adoraret, factaq; adoratione dixit eis, illam statuã fabricatam fuisse depelui illa, in qua pedes lauare solebat AEgiptii autem responderunt illam ratione Idoli, non autem respectu materiæ adorare, tũc Rex Amasius maxima vrbanitate, et prudentia eis ostendit, se ratione oficii Regis, nõ autem personæ, venerari debere, exéplũ

etiam nobis traddit Dauid Rex.1 Reg.24 cum Saul Rex Dauidem sibi generũ ad mortẽ persequeretur;accidit vt vẽ tris exonerandi causa quandam speluncam in qua Dauid profugus latitabat,sese contulerit,ibi comites Dauidẽ hor tabantur,vt per hãc occasionẽ iniquum persecutorẽ inter ficeret:at ille inquit,absit vt in Regẽ Dei ministrũ manus iniiciam,sed cũ eggressus esset Rex de spelunca, pènes illũ Dauid ex clamans ostendit oram quam ex eius veste absci derat in spelunca.Sub intullitq; vel ex hoc eum posse coniecturam facere sibi facultatẽ eius occidendi fuisse,et a Rege se manum abstullisse,quod idem ostendit ipse Rex Dauid.1.Reg.c.26.cum Dauid à Zipheis apud Saul proditus, hastam et Scyphum dormiente Saul abstullit, quod agnos cens Saul,culpam fatetur,reuocatoq; Dauidi securitatẽ pol licetur. Vnde colligitur reuerentia,quam erga Principes, et eorum iudices,homines habere debeant, exemplum Persarum accipientes,qui suos Principes, veluti numina quædam venerabantur; Athenienses insuper suos Reges, Deorum filios vocitabant.et quemadmodum iudicibus enitẽdum est,vt subditos regant:ita eis , vt suos iudices colant, vtriq; vtrisq; tanquam animæ corporibus agglutinati, est mutuum enim(inquit Erasmus)inter iudices , et populum, commercium:populus enim iudici obsequium,atq; honorem debet.†. Nam iudicis honor præferendus est in omnibus rebus publicis, vt in.c. vt debitus honor de appellat. et ibi.gl. verb.deferatur.et.l.omnẽ honorẽ. C.quando prov. non est necess.et.l.cui muneris.ff.de muneribus.et honori. et.l.18 tit.9.p.2.in fin,vt fit generaliter in nostra Hispania in tradditione clauis hebdomadæ sãcti quadragesime,sub qua sanctissimũ corpus Iesu Christi Domini nostri seruatur,nã semper datur iudicibus præsentibus,et preferuntur ceteris omnibus nobilibus,quod etiã seruatur in tradditione ensis sancti Regis Domini Ferdinãdi in die sancti Cle-

4.

tis

tis, quādo ciuitas Hispalensis expugnata cōtra Sarracenos fuit. 23. die mensis Nouembris anno Domini. 1248. nā semper datur Assistētibus, et eorū locū tenētibus, et signū, vel vandera rectoribus ciuitatis, qui pars sunt Reipublicę, nā
5 isti etiā pręferūtur deficiente iudice. †. quia iudicare, et gubernare, est honor, et dignitas, vt in dictis iuribus, et traddit Rota in nouis deciss. deciss. 442. et Menoch. de arb. iudic.
6 sent. lib. 1. q. 41. nu. 1 †. Et sic pręferēdus est talis iudicādi honor omni lucro, quia maior est cūctis rebus, vt l. Iulian° ff. si quis omis. caus. testa. et Guiller. casia. deciss. 3. de iure patró. nu. 3. fol. 192. Segura de Aualos. in suo direct. iud. 2. p.
7 c. 14. nu. 15. †. Quod ita verū est, quādo quidē honor et vita ęquiparātur, vt. l. iusta causa. ff. de manu vind. et est bona gl. verb. ob culpā § suspect° autē Inst. de suspec. tutor. Petr° Girar. sing 82. nu 7. et illud diui Marc. c. 6 ibi non est Propheta sine honore, & Mathei cap. 21. ibi: Iesus cum introisset in tēplū eiecit honoris causa omnes emētes, et vendētes, lass. in l. placet. C. de sacro sanct. eccles. nu. 2. et. l. 2. nu. 3. C. eod. tit. tx. in. c. nollo. 12. q. 1. vbi dicitur, quod is crudelis est, qui famā suā spernit. Grammat. cons. 19. nu. 31. Bernard. Diaz de Luco in reg. 12. Olanus in suis antin. litera. m. nu. 61. fol. 188. †. Vnde infertur, quod sicut quis excu
8 satur à pæna homicidii propter defensionē necessariā suæ personæ, cū licitū sit de iure naturæ vnicuiq; vim vi repellere secūdū tx. et ibi DD. cōmuniter. l. vt vim. ff. de iust. et iure et. l. 1. §. vim vi; et. l. 3. § cū autē, de vi et vi arma. et. l. 1. § cū arietes. ff. si quad. paup. feci. dica. et. c. significasti. 2. de homic. et Clemēt. si furiosus eod. tit. et ibi Couarr. 3. p. § vnico. nu 1. et. c. dilecto. de sēt. ex comm. lib. 6. Cóc. Trid. sessione 14 c. 7. de reformat. et. c. vis naturale distint. 1. et. l. 2. tit. 8. p. 7. et. l. 3. tit 16. p. 2. et vtrobiq; Gregor. Lupus. et. l. 1. et. 3. et 4. tit. 23. lib 8. recop. et est communis opinio secundū Michael Cras. 3. Th com. opin lib. 1. c. 2. q. 1. verb. defensio. pag. 58 Iul Clar. §. homicidiū. nu 24 ita eodē mo

do excusatur propter defensionem rerum suarum, vt. c. 2. de homic. et ibi Fælin. nu. 14. et. l. 1. C. vnde vi tx. cum gl. l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iud. et in. d. c. dilecto. de sét. ex comm. lib. 6. et. c. olim. 1. de restit. spoliat. et. l 3. tit. 8. p. 7. et ibi Montalu. verb. ladron de noche, et Greg. ibi, et. l. 1 et. 4. tit. 13. lib. 8. ordin. et. l. 1. tit. 7. lib. 4. fori leg. quæ in noua recop. sunt. l. 4. tit. 23. lib. 8. Iul. Clar. in. d §. homicidium. nu. 25. Caiet. secunda secũdę. q. 64. artic. 7. Archiep. Florét 3. p. tit. 4. c. 3. Soto lib. 5. de iust, et iur. art. 8 Nauarr. in man. c. 15 nu. 2. 4. et. 5. Dueñas in reg. Reg. 191. et est cõ munis opinio secundum Michael. Cras. vbi. §. q 6. qué om nino vide; ita etiã similiter excusatur propter deffensioné sui honoris; cum periculum famę æquiparetur periculo vitæ, vt. l. iusta. ff. de man. vind. et est communis opinio, secú

9 dum Iul. Clar. vbi. § nu. 26. †. Itẽ hac de causa iudex honorãdus est. quia à Principe, et Rege habet potestaté, vt dixi, in. c. 2. et hac ratione aliis præfertur in honore, tx. cum gl. l. 2. ff. de alb. scri. et. l. restituendæ in fin. C. de aduoc. diuers. iudic. tx. in auth. vt Iudice sine quo. sufra. §. eos aút. col 2.

10 Abb. in c. per tuas. nu. 1. de maiorit. et obed. †. Vnde licitũ est quidé iudici parere, nam qui iudici parere non vult, vel suã impedit iurisdictioné, dicitur rebellis, vt tenet Abb. c. sanè. nu. 4. de officio deleg. 2 in ord. Auil. in, cc. prętor.

11 c. 3. n. 9. fol. 102 † Et ita honor iudicis est, suã deffédere iurisdictioné, quãdo iam est in possessione, ita tenet Ioann. Monch. c. cum episcopus de officio ordin. lib. 6. Bart. l. se-

12 pulchri, nu. 3. ff. de sepulch. viol. † Vnde maxima infertur iniuria iudici si in sua turbatur iurisdictione, quãdo iam eã possidet, quia tunc talis iudex potest resistere tam legibus, quã armis materialib⁹, vt tenet Angel. in. d. l. vt vim. vers. item quæro iniuria in fine. ff. de iustit. et iur. et. l. 1. ff. si quis iud. nó optemp. et Gund. sing. 706 § licitum, et. gl c. super

13 his de maior. et obed. †. Et quãdo in tali defensione, vel ali

ter

ter, aliquis iudicē, vel suos officiales occiderit, vel offenderit, incurrit in crimē læsæ Maiestatis, vt tenet Paris de Put. in tract. synd. verb. injuria in fin. et Carrerius in practic. crimi in l. obseruare curabis. nu. 87. fol. 53. et quæ pæna sit imposita de iure Regio contra occidentes iudices, vel eorum officiales, inuenies per totū titulum. 22. lib. 8. nouæ recop.

14 † Vnde infero, q̄ ciuitas, vel vicini ciuitatis tenētur deffendere iudicē, vel officialē patientem damnum, injuriam, vel violentiā ratione patriæ, dominicæ potestatis, et iurisdictionis, aliàs tenentur, et possunt puniri, ita tenent Carrerius in pract. crim. §. homicidium. nu. 60. fol. 378. et ratio

15 est. † Quia censetur qui iudicē offendit, Principē eum eligentem occidere, cum coniuncta persona reputetur, vt. l. vulgaris est quæstio. ff. de furt. canonicata per tx. c. vulgaris de pœnit. de. 2. et hoc amplius dicit gl. sing. verb. altiori, § cumq; antea Iust. de bonorum poss. tx. l. quis quis. C.

16 ad. l. Iul. Maiest. † Et sic quādo vulnus est in capite, in oculo, vel in facie grauius punitur, de quo est antiquissimus forus Pacensis, in tit. 10. de ferir, è de lisiar, o de messar, o desonrrar. l. 5. cuius verba sunt, quiē lisiare, tal juyzio aya como por muerte de ome, y de tal lisiō como de nariz, de ojo, de rostro, de mano &c. quod caput Princeps, vel eius minister est, vt est tx §. atrox, verb. nūquā, Inst. de iniuriis ibi: vel vti si quis in oculo percussus fuerit. tx. l. prætor. § vltimo cū lege sequēti. ff. de iniuriis. tx. c. significasti 2. in fi. et ibi

17 Abb. et Fælin. de homic. et tx. in. c. vlt. 55. dist. † Quod extēdatur quādo quis iudicē offendit, etiā finito officio tēpore syndicatus ratione officii, quia puniēdus est, tāquā si illū offēderit tēpore officii. Ita Bald. l. obseruare §. proficisci. ff.

18 de offic. pro cōsul. Auil. vbi. S. c. 1. nu. 14. fol. 265. † Cū finito officio gaudeat priuilegio tēpore syndicatus quo antea in officio, gaudebat. ita Hyp. d. Mars. sing. 179. Paris de Put. vbi. S. in. p. an si potestas, n. 16. fol. 21. Auil. vbi S. c 1. n. 7.

fol. 73. idē Paris. vbi. S. § ſyndicatui. nu 6. fol 6. et. in. § offi
19 cialis n. 2. verſ. ſtatutū. fol. 26. †. Vnde infertur ꝙ iudex, vel officialis debet ſecū portare virgā, quæ in Hiſpania ſignū iuſtitiæ eſt, ad hoc vt cognoſcatur, vt tenet Auil. vbi. S. c. 42. nu. 1. allegans Bart. in. l. prohibitū. C de iure fiſci. lib. 10 nu. 1. et ibi Ioann. de Platea, qui dicunt quod officiales debeant ſecū portare inſignia officialiū, ex quibus cognoſcātur, aliàs poſsit eis reſiſti. Idē tenet Bart. l. cū qui. §. fin. nu. 5. ff. commod. Iaſſ. §. quadrupli. nu. 25. Inſt. de act. Montal. l. 1. tit. 7. lib. 1. fori. leg. gl. verb. Concejo. Paris. deput. vbi. S. §. quia ſupra. fol. 117. nu. 3. quod intellige ſecūdū Auil. vbi. S. verb. quod intellige. †. Et ꝙ virga ſit ſignū iuſtitiæ,
20 et denotet poteſtatē regēdi et gubernādi probatur exod. c 4. ibi, virgā quoq; hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna, et. Nume. c. 24. ibi: orietur ſtella ex Iacob, et cōſurget virga de Iſrrael, et percutiet diues Moab, vaſtabitq; omnes filios Heth, et aliis multis in locis, de quib9 infra c. 16.

SVMMARIA
Capit, XVi

SCeptrum, idem quod virga ſignificat. nu. 1
Inuentor ſceptri, quis. nu. 2
Inuentor Diadematis, quis. nu. 3
Iupiter aliàs Oſiris ad ſceptrū fuit voccatus, et elect9. n. 4.
Sceptrū cū vno oculo depictū, ſecūdū Aegiptiorum interpretationē; cuſtodiā iuſtitiæ ſignificabat. nu. 5.
Ianus, qui Noe alio nomine voccabatur à Iupitre deportatus fuit de Italia propter ſuam malitiam. nu. 6
Alba, ôlim erat ſignum Imperii, et quæ ſit Alba. nu. 7
Romani Conſules faſciculo virgarum, cum ſecuri ólim in ſignū iuſtitiæ vtebantur. nu 8 et nu. 32.
Clauigeri cōciliorū ciuitatū, Cardinaliū, et vniuerſitatū, vnde originē habuerūt ſecū portare faſces Hiſpane maças. nu. 9.

Ro-

Romani, tempore Romuli primi Romanorũ regis, hastas pro diademate habuerunt. nu. 10
Diadema Regiam potestatem significat. nu. 11
Ouidius repræhenditur. nu. 12
Reges tempore Noe iam sceptro vtebantur. nu. 13
Primogeniti regũ, Ioues, & Iunones olim dicebãtur. n. 14.
Saturni olim dicebantur Reges antiquiores qui ciuitates fundauerunt. nu. 15
Hercules dicebantur, nepotes Regum, qui suis famosis factis suis ostendebant magnanimitaté, ibidem.
Sceptrũ Cheronei adorabãt, tãquã si esset Deorũ mai⁹. n. 16
Sceptrum signum imperii, et iustitiæ est. n. 17. et. 25
Differétia inter bacculũ, et virgã secundũ theologos. n. 18
Virga signum castigationis, correctionis, et disciplinæ est. nu. 19. et nu. 21. & bacculus, consolationis et auxilii.
Caduceus Mercurii figuratur. nu. 20
Virga non solum disciplinam, sed etiam doctrinam significat. nu. 21
Serpentes significant bellum, et odium. nu. 22
Osculum signum est pacis. nu 23
Reges pacem et concordiam sustinere debent. nu, 24
Sceptrũ in sacris literis iustitiã, et Imperiũ significat. nu. 25
Sceptro ægiptii vtebantur more pastorũ, qui bacculo greges gubernant. nu. 26
Reges apud ægiptios, pastores appellabantur. nu. 27
Verbum pascere, pro regere in sacris literis accipitur. n. 28
Bacculus gubernationem significat. n. 29
Sceptra antiquitas regibus concedebat, quasi virtutem habentia. nu. 30
Virga antiquissimum signum est iustitię. nu. 31
Romani virgas secũ aligatas portabãt insignũ iustitię. ñ. 32
Virga, vnde dicta. nu. 33
Virga, in sacris litteris, signum imperii, et iustitiæ esse, mul

tis

tis in locis probatur.nu.34.

Gothi Reges in suis monetis, suas figuras de pingebãt cũ virgis in manibus,iustitiam significantes.nu.35

SIGNVM VIRGÆ IN Iudicibus, vnde habuit originem, Capit.Xvi.

SVpra,dictũ fuit iudicẽ ab hoc vt cognoscatur, virgam, (quę signũ iustitiæ est),secum portare debere,et quià nimio desiderio desideraui,vnde hoc signũ virgę in iudicib⁹ magis quã aliud in nostra Hispania habuit originẽ,quia huiusq; nunquã clare scriptũ,nec determinatũ inueni, illud maximo labore inuestigare proposui,cũ in aliis prouintiis, ac regnis,non virgas,sed alia signa inuestibus secũ diuersa portent,circa cuius materiã,sequẽtia notãda erunt: †. Primò hoc signũ virgæ in iudicibus,habere potuit originẽ ab hoc signo sceptri,cũ sceptrũ,sit idẽ quod virga,secũdũ authorẽ cornucopiæ,quo sceptro secũdũ omnes scribẽtes Iupiter vtebatur,et postea vsq; nũc cęteri reges vtũtur.†.quis enim sit istius sceptri inuẽtor,nõ inuenitur,et tantũ Pliniũ lib.7.de natura histo.c.56. vbi de rerũ inuẽtorib⁹ tractat, inueni dicẽtẽ. †. Patrẽ Liberũ Diadematis inuẽtorẽ fuisse, quod signũ est regiũ,et triũphi, vnde colligere possumus, quod ipse pater liber sceptri fuerit inuẽtor,inquit.n. Verosius lib.2.et.5.suarũ antiquit,et etiã Diodorus Sicul⁹.in.1. 2.4.et.6 libro.†. Quod Iuppiter aliàs Osiris ad hoc sceptrũ voccatus,et elect⁹ fuit,qui Iuppiter,filius fuit Saturni ęgiptii,voccabaturq; iustus,vt tenet Herodotus in d.lib.2. & vt affirmat.d.Diodorus.lib.4 qui etiam dicit ibi.†. Quod sceptrũ cũ vno occulo de pictũ erat,qui occulus secũdum Aegiptiorũ interpratationẽ custodiã iustitię significabat de quo multa dixit Ioan.Anni.2.lib.instit.in.6 tabula Osiria

riana. Et Herodotus. lib. 2. et Macrobius lib. 1. satur. c. 21. qui Osiris Pater fuit Herculis Gadicẽsis ciuitatis fundatoris, quia illã fundauit ante aduẽtũ Domini, anno. 1758. † Et dicit etiã. d. Berosius. lib. 5. quod in hoc tẽpore venit in Italiã Ianus, qui videns quod Iuppiter Camesenes (qui Ianus etiã alio nomine Noe voccabatur, vt dicit Ioan. Anni ubi. S et. D. Berosi⁹. lib. 5) sua mala doctrinã omnẽ virtutẽ corrũpebat, illũ de Italia deportauit, et regnũ suæ filiæ Cranæ traddidit, cũ sceptro et alba, et secundũ dictũ Ioann. Ann.

† Alba erat illud signũ imperii, scilicet fasciculus virgarũ, quibus securis aligata erat, vt declarat Plutarch. in vita Lucii Luculi, fol 212. dicẽs, de amicicia Põpeij, et Luculi, quod ambo propter victorias laureati erãt, et vterq; , fasces insignũ triũphi præ se ferebat, et dicit Pierius in Hieroglif. lib. 42. verb. de falce fol. 417. fasces cõtra fures et periuros signũ castigationis esse. † Et etiã Cõsules Romani eis insignũ iustitiæ vtebãtur, vt probatur ab Vlpiano in. l. procõsules, ff. de offic pro cõsul. et ibi. gl. vnde Ouid. lib. 6. fast. dixit.

> Sic fatus virgam qua striges pellere posset
> à foribus noxas, hęc erat alba dedit.

Quod etiã dicit Banti⁹ in lib. de exposit. titulorũ. ff de offi. cõsul. et. ff. de offic. procõsul. et alegat et citat Plutarch. in lib. problematũ. ibi: da spaciũ, tenuemque morã, male cuncta ministrat, impetus, quod iudices Romani fasciculũ virgarũ aligatũ portabant, et quãdo aliquid impetu determinare volebãt, illũ ad hoc vt interim, quid facerent cogitarent, soluebant, ne aliquid mali operarentur. de quo ex tx. in. c illa præpositorum. 11. q. 3. † Vnde suspicor hodie in nostra Hispania, ad instar Romanorum mansisse clauigeros conciliorum aliquarũ ciuitatum, vt sunt Hispalẽses et Toletani, qui fasces quod vulgariter maças dicuntur portant, quãdo in forma cõcilii conciliantur decuriones, quod etiam Cardinales, et vniuersitates, his vtuntur fascibus,

et

et præ se ferunt in actib⁹ publicis suam dignitatem, et triũ-
10 phum significantibus † Et Iustinus lib. 45. Histori, scribẽs
de Romulo primo Rege Romæ, dicit his temporibus Re-
ges hastas pro diadematibus habuere, et ab origine rerũ pro
diis immortalibus veteres hastas colluere, ob cuius religio
nis memoriam, ad huc Deorum simulachris hastæ addun-
11 tur. † Et quod Diadema Regiam potestatẽ significet, po-
nit Pierius in suis Hieroglif. lib. 41. tit. de Diademate. fol.
12 397. † Qua propter Ouidium nugas egisse infero, in quan-
tum dixit Ianum illi Cranę regnum cũ sceptro et alba de
13 disse, quia illã violauerat † Vnde infertur, quod tempore
Noe, iam reges sceptro vtebantur, et affirmat Xenofon. in
14 suis equinociis † Omnes primogenitos regum Ioues et Iu
nones dici, quod idem affirmat Ludouicus celius lib. 21.
lection. antiq c. 6. et sic à tempore vetustissimo filii primo
geniti reliquis anteferuntur, vt probat. Deuter. c 21: et col
ligitur ex Iosepho. de antiquitat. lib 14. c. 1. Couarr. c. 1.
practicarum. nu. 14. et sic in multis, primogeniti, reliquis
anteibant, vt colligitur ex Molina de primo genitis. c 2. nu.
1. 2. et. 3. gl c. quam periculosum 7. q. 1. Montal. l. 1. tit 3.
15 lib. 1. fori leg. † Reges vero antiquiores, qui òlim ciuitates
fundauerũt, Saturni dicebantur, ne potes autem eorũ qui
suis famossis factis suam magnanimitatẽ ostendebant, Her
cules appellabantur, secundum Marc. varro. et seruium lib,
8. et Iul. Giral. lect. 44. et doctor Perantonius in tractatũ
chronæ Véaltinę. c. 9. † Et Nicolaus Leonius lib. 1. de na-
16 tur. Histor. c. 12 inquit Cheroneos sceptrum adorare tan-
quam si esset Deorum maius, idem Luduuicus Cælius affir
17 mat. lib. 7. c. 29 † Sceptrum signũ Imperii, et iustitię esse,
et quod Achiles iurabat cum iratus erat per sceptrum, tan
18 quam per symbolum iustitię † Et dicit Pierius in Hiero-
glif. c. 61. tit. de sceptro, Theologos differentiam inter bac
19 culum et virgam assignare, scilicet, Quod, virga, in diui-
nis

nis literis plerisq; locis, sit castigationis, correctionis, et disciplinæ signum: Bacculus vero consolationis, auxilii, et sustentationis. Item est notandũ secundũ Plinium. lib. 29. de natur. Histor. et Macobrium in cenis. et Polibrum lib. 4. et Cœliũ Rodig. lib. 11. lect. antiq. et Pierium vbi. S. et Cæliũ Augusti. in suis additionibus, et Hubert. Herbiopolita, in suo Cæsare, et AEneas Vicus in suis cómẽt. de monet. antiquarũ, et Cæsarẽ in suis comment. †. Quod Caduceus Mercurii duos habebat colubres ligatos per sumitatẽ nodo, capitaq; in circulum posita tali modo, vt osculari viderẽtur. Circa cuius interpratationẽ isti omnes authores dicunt, hoc esse signũ pacis, et belli. †. Quia virga discsplinã significat, vt S. dixi, probat tx. l. pœna parricidii. 9. ff. ad. leg. Põpeiam de parricid. et ibi. gl. verb. sanguineis, et etiã significat doctrinã, secundũ. D. Hilarium psal. 2. ibi: reges eos in virga ferrea, et D. Paul. ad Corinth. c. 4. dicitur ibi: quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate; et Spiritu mansuetudinis. †. Serpentes vero bellum, et odium. †. Osculum aũt pacis est signum, secundũ Matth. c. 26. Luc. c. 15. et c. 22. Marc. c. 14. et Ioann. c. 18. et est tx. l. fin. tit. 12. p. 7. †. Sic eodem modo, reges pacẽ et concordiam sustinere debent, de quo multa dixit Pierius lib. 15 in Heroglif. †. Præterea etiam in sacra pagina sceptrum iustitiã, et imperiũ significat, vt Genes. c. 49. ibi: nõ auferetur sceptrũ de Iuda, et dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentiũ, et numer. c. 18. ibi dixitq; Dominus ad Aaron; tu et filii tui, et domus patris tui, tecũ portabis iniquitatem sanctuarii, et tu, et filii tui simul sustinebitis peccata Sacerdotii vestri, sed et fratres tuos de tribu Leui, et sceptrũ patris tui summe tecũ, prestoq; sint, et ministrent tibi. et Hester. c. 8 ibi: at ille sceptrũ aureum prætendit manus quod signum clementiæ monstrabat, et c. 14 ibi: non traddas Domine sceptrum tuum, his qui non sunt

et.c.15.ibi: accede igitur et tange sceptrum, et in lib. Sapient.c.6.ibi.si ergo delectamini sedibus,et sceptris,ò Reges populi diligite sapientiã, vt in perpetuum regnetis, et etiã.c.10.Baruch.c.6.Ezechiel.c.19.20.et.30.et Amos. c. 1.quibus autoritatibus cõstat, sceptrum esse antiquissimũ 26 signum potestatis,et iustitiæ.†. Secundo possumus dicere etiam,vsum sceptri adeo esse antiquissimum,quod AEgiptii eo vtebantur more pastorũ vt bacculus, et quemadmodũ pastores virga,et bacculo greges gubernant,sic et reges populos suos sceptro gubernare debent. Vnde Arist.lib 8. Ethic,inquit,Homerũ Agamennonem pastoré, ac populo 27 rũ patré appellasse.†.Et fortasse hac de causa, Reges apud AEgiptios,pastores appellabantur,quamuis postea Ioseph et fratres eius in principio pastorũ descenderunt in AEgip 28 tum vt Genes.c.37.et.c,42.†. Vnde in sacra pagina accipitur hoc verbũ pascere,pro regere, vt dicit sanctus Hilarius vbi S.et interpretatio greca inquit: Reges eos pastoraliter et bene hoc probat.D.Paul ad Ephes. c.4. dicẽs et ipse, hoc est Deus,dedit quosdam quidẽ Apostolos,quosdã auté Prophætas,alios vero Euangelistas,alios autem pastores et doctores,et est tx in epist. inter claras.C.de sum. Trinit et fi. 29 de cath.et in satra pagina probatur multis in locis.†.Bacculũ,gubernationé significare,vt.1.Reg. c.17. ibi: et tullit, scilicet Dauid,bacculũ suum qué semper habebat in manibus,et Isai.c.10.ibi:væ Assur,virga furoris mei, et baculus ipse est,in manu eius indignatio mea,et c.14.ibi : contriuit Dominus bacculum impiorum, et virgam dominantium. &c et.c.36.ibi : ecce confidis super bacculũ arundineum confractum istum super AEgiptium , et Hierem. c.48.ibi: confracta est virga fortis,bacculus gloriosus,et quod bacculus correctioné,et gubernationé ad virgæ similitudinẽ significet,probatur in Põtificali,vbi ab Episcopo consecratore episcopo cõsecrato dicitur,accipe bacculũ pastoralis offi

officii, vt sis incorrigẽdis vitiis preseuiens. &c, et notabis obiter, differẽtiã esse inter bacculũ episcopi, et bacculũ Romani Pontificis, nam episco pi bacculus, curuatus est, Pontificis autẽ rectus, quia Romanus Pontifex potestatẽ à solo Deo recipit, episcopus autẽ, ab homine, sicq; Pontifex liberã potestatẽ in spiritualibus, episcopus autẽ coarctatã recipit, q per bacculi curuationẽ denotatur. Denotatur etiã custodia gregis, vt per gl. in. c. disciplina, vbi Cardinalis Alexãder. 45. dist. de quo vidẽdus est Lancelotus, Cõrradus in lib. tẽplũ iudicum. lib. 2. c. 5. de episcopo nu. 14 fol. 30 155. †. Item obiter est notandũ, quod adducit Erasmus adagio. 97. dicẽs, quod antiquitas Regibus sceptra cõcedebat, quasi virtutẽ habẽtia, sicut annuli: vnde Homerus inquit, quod Vlixes cũ senex esset tactus virga Palladis, juvenis conuersus est, et etiã dicit, quod Homerus dedit Mercurio virgã monstruossam, et mirabilẽ Caduceum voccatã, vt. S. diximus, et etiã socii Vlixis tacti virga a Circe transformati sunt, et postea redacti in suã pristinã formã, et etiã in Hæbreorum mysteriis Moyses vtitur virga, vt probatur 31 Exod. c. 4. septimo, et octauo. †. Tertio hoc nomẽ virgæ, etiã antiquissimũ signũ est iustitiæ, vt tenet Ludovicus Ce32 lius lib. 23 c. 21. †. Et hac de causa Romani, vt supradictũ est, virgas secũ portabãt alligatas, ne aliquid mali iracundia cõmitterẽt, quod etiã affirmat Plutarch. in suis problematibus, et Budeus in suis Pandectis refferens tx. in. d l. procõsules, et ibi gl. ff. de offic. procõsul, vnde Arist. dixit, et be33 ne quidẽ, lib. 2. Rethoric. quod tẽpus quietat iram. †. Vnde virga dicitur, a vi, quod vim gerat ligãdo, et verberãdo. tx. cũ gl. in. d. l. pœna parricidii, verb. sanguineis. ff. ad leg. Põpei. de parric. tx c. circũ celiones, vers. sed virgã verberib⁹ 23. q. 5 et. c. displicet, vers. tu percutis. 23 q. 4 et. tx. c. cum beat⁹. § Salomõ vero, dist. 45. et. gl. verb. religios⁹. c. illi qui 34 5. q. 5. †. Et etiã in sacra pag. probatur. Psal. 44 ibi: sedes tua

Deus in sæculũ sæculi, virga directionis, virga regni tui, et Psal. 88. ibi: visitabo in virga iniquitates eorũ, et in verbe ribus peccata eorum, et Iob. c 9 ibi: cum auferat à me Virgam suam, et pauor eius nõ me deterreat Idem Iob. c. 21. et Exod. c. 4. 7. et 8. et Num. c. 24. et. 2. Reg. c 7. et Psal 2. et 109. et Prouerb. c. 23. et Isai. c 10 tx. in. c. remittuntur, vers

35 virga 23. q. 5. †. Quibus omnibus rationibus, et authoritatibus euidentissime constat, et non dubitatur, virgam signum esse Iustitiæ, et gubernationis sed tamen de primo inuentore in nostra Hispania non constat, et tantũ vidi quasdam antiquas monetas imperatorum Gordiani, Valentini, et Constantini in quibus erant efigies depictæ cum quadã virga in manu insignum Iustitię, qui Gordianus imperauit anno Domini ducentessimo quadragessimo tertio, et Valétinianus, anno Domini. 367. et Constantinus, anno Domini. 641. quãdo Rex Ricaredus in Hispania regnauit, à quibus monetis inferre possumus, his temporibus iudices virgis in signum iustitiæ vti, quamuis Tubal primus Hispaniarum Rex post diluuium motuus fuit anno 298. eiusq; efigiem vidi depictam, et figuratam, cum virga et Diademate, per Doctorem Perantonium Beuther, in tractatu Chronicę Valentinianæ. 1. p. c. 9. a quibus Imperatoribus, in nostra Hispania hoc signum Virgę in iudicibus principium sumpsisse colligere possumus. itaque, sceptrum, baculus, et virga, antiquissima signa sunt imperii, et Iustitiæ. Quibus omnibus datur finis huic operi, ad Dei omnipotentis laudem, eiusq; intemeratę Virginis matris Mariæ, quæ mihi in omnibus adiutrix esse dignetur. Amen.

LAVS DEO.

INDEX RERVM OMnium, quę in hoc opere continentur,

A

Aceptio munerum prȩuaricatio veritatis est. c. 8. n. 8
Actio repetēdi quę in ludo amittūtur quādo cōpetat. c. 6. nu. 25.
Actus annullatur si in eo deficiat, quod pro forma requiritur. c. 10. nu. 49
Acta per judicē excomunicatū an valeant. c. 12 nu. 2
Acta per iudicē nō habentē potestatē sunt nulla. c. 2. nu. 4.
Acta per iudicem recusatum sunt nulla. c. 13 nu. 11
Acta per iudicem qui metu Baronis iniustitiā fecit an sint nulla. c. 9 nu. 9
Adagium qui alios carpit. c. 6, nu. 31. et. c. 8. nu. 27
Aduocatis, et clericis datur preuilegiū quod nobilibus datur a iure. c. 3. nu, 25. 26. 27. 29, 30. vbi falētias inuenies.
Aduocatus non cogitur recipere iudicium extra suum territorium. c. 10. nu. 33.
Aduocati honorādi sūt et audiēdi a iudicib'. c. 2. n. 36 et. 37
Aduocatus debet suum Clientulum defendere pro viribus suis aliàs peccat, et tenetur. c. 7. nu. 12
Aduocatus, vel procurator litigantis iudicare in illa causa non potest. c. 13 nu. 18
Adulatores, et susurrones Iudex audire nō debet. c. 4 n. 17
Adulterii crimen si committatur cōtra lusorum receptatores

res,vel contra lenones,vel garrulos,an isti possint adulteros de adulterio acusare.c.6.nu.27.et.30
Administratio in ordinata parit caristiam. c.5.nu 5
AEdiffitia publica iudex reædifficare tenetur.c.6.nu.38.
AEgiptii fidem non seruantes capite puniebant.c.4 nu. 5.
AEgiptii sceptro vtebantur more pastorum.c.16.nu.26
Alba quæ sit.c.16.nu.7
Alienatio necessaria excusat,vbi voluntaria non excusaret.c.5.nu.17
Alimentorum causa an executioni mandetur,non obstante appellatione.c.12.nu.24
Alimentorum causa summarie tractari debet.c.12.nu.25.
Amicicitia in ciuitatibus ex maximum bonum.C.6 n.5.
Anchora et Delphin quid significent.c.6.n.10
Appellatio,et præsentatio, in causis decēmille mora petinorū,et infra,intra quod tēpus fieri debeat.c.10.nu. 47
Appellatio recindit sententiā pronunciatā.c.12.nu.16
Appellans iudex a sentētia in syndicatu data,an audiatur. c.12.nu.23
Appellatio in quibus casibus admitatur.c.12.nu.26.
Appellatio vt non sepeliatur cadauer debitoris facta acreditore non tenet.c.12.nu.25
Appellans in iuste an peccet vel non.c.12.nu.27
Appellatio est de iure diuino,humano,et naturali.c.12. nu 30.et.31.quia est defensio vt ibi
Appellari potest a concilio prouintiali.c.13.nu.35
Appellationis tempus an sit continuum.c.10.nu.44
Appes melis est mater, et cum offendit amittit aculeum, quod fallit in magistra,quia eo caret.c 3.nu.9.
Appes regem vnum eligunt.c.1.nu.2.versus item est considerandum.
A Pius Claudius,Romanus quan vis cæcus,censoris officium exercuit.c.4.nu.19.

Ar-

ARBITER tenetur formam iuris ſeruare, ad inſtar iudicis ordinarii. c. 11. nu. 1
Arbitrium quid ſit, ibi. nu. 2
Arbitri an de cauſis reſtitutionis in integrum poſsint cognoſcere ibid. nu. 5
Arbiter laicus an de re ſpirituali arbitrari poſsit ibid. n. 6.
Arbiter quis poteſt eſſe ibi. nu. 7
Arbiter an poſsit eſſe mutus, ſurdus, et furioſus ibi. nu. 8. et 15. c. 12. nu, 35. et. 36
Arbiter mulier eſſe non poteſt, ibi. nu. 9
Arbiter ſeruus eſſe non poteſt, ibi. nu. 10
Arbiter quam habeat iuriſdictionem, ibi. nu. 18
Arbiter am poſsit teſtem falſum coram eo deponentem incidenter punire, ibi. nu. 19
Arbiter an poſsit ſuam exequi ſententiam, ibi. nu. 20
Arbiter an poſsit ſententiam proferre altera parte abſente ibi. nu. 21
Arbitrium quale eſſe debeat, ibi. nu. 22
Arbiter debet iurare quod iuſtitiam partibus ſeruabit ibi. nu. 26
Arbiter an poſsit ſalarium a partibus habere ibi. nu. 27
Arbiter tertius in diſcordia an debeat cum altero illorum primo electorum concordare, ibi. nu. 30
Arbiter an poſsit iudicare damnum temporale pro recompenſatione alicuius rei ſpiritualis, ibi. nu. 32
Arbitrium boni viri dicitur de iudice ordinario, ibi. n. 40
Arbiter an ſine peccato poſsit de iure alterius tollere, et alteri dare pro bono pacis, et quid ſi eſt in maxima quantitate ibi. nu. 41
Arbiter an poſsit recuſari ibi: nu. 43 et. c. 13 nu. 3 er. 4 5
Arbitri qui de iure canonico cognoſcunt de cauſis recuſationis, an debeant eſſe eccleſiaſtici, vel ſeculares. cap. 13 num. 9.

Arbor bona bonos fructus facit,et contra.c.12.nu. 77
Argumentum de minori ad maius valet.c.12 nu.71
Ars immittatur naturam in quantum potest.c.12.nu. 61.
Asperitas iudicum temperanda est.c.3.nu.50
Assessores tenentur a sumere iudices,et quãdo partium ex pensis.c.7.nu.13.et.c.13.nu.6.7.et.40
Athoritas iudicandi, et gubernandi, est quædam potestas delegata seu collata,hominibus a Deo.c.1.nu.9.et.n.12
Authoritas gubernãdi frangitur nimia humilitate.c.9.n.3
Auditores regii de causis ecclesiasticis,et spiritualibus cognoscũt,ad effectũ tollẽdi vim a iudicib' ecclesiasticis cõmissã cõtra grauatos,et nõ principaliter.c.3.n.35.et.39.
Auaritia habet vim perturbandi animos iudicum,et hominum priuatorum ad Iustitiam vendendam,et multa de auaritia.c.8.nu.21.
Auarus Iudex non est eligendus.c 8.,nu 20
Auxilium brachii secularis an posit Iudex ecclesiasticus inuocare.c.10.nu.59.60.et.61.

B

BAcculi Pontificis, et episcopi differentia.c.16 nu.29.
Bacculus gubernationem significat.c.16.nu.19.et 29.
Barateriam committit iudex qui pro muneribus facit nõ facienda.c.8.nu.4.et 8.
Bellum, et odium serpentes significant.c 16.nu 22
Benignitas prefertur rigori.c.3.nu.7
Bona multa ex castitate proueniunt.c. 8 nu.23
Boni mores plusquam diuitiæ operantur.c.6.nu.33

C

CAduceus Mercurii figuratur.c.16 nu.20
Cãbises Rex Persiæ Sisamnẽ judicẽ excoriauit propter quãdã iniustã sententiã muneribus ab eo prolatã.c.8 n 15.

Capitosus neq; pertinax iudex esse non debet.c.6.nu.11
Capitalis inimicus quis dicatur.c.13.nu.23
Capitulares possunt deponere de his,quę in cap. aguntur. c.13.nu.29
Carcer est locus horribilis maximè pauperibus.c.3.nu.13 14.et.15
Cæcus iudicare non potest.c.12.nu.35.
Carcerati relaxandi sunt diebus paschalibus,nisi pro atrocissimis in quibus pæna corporalis est imponenda.c.3.nu.18.
Carcerem,et vincula Iudex secũdum qualitatem personæ, et delicti adhibere debet.c.3.nu 21
Carcer an ad custodiã,vel pœnã sit inuentus.c.3.nu.22
Carcer datur nobilibus distinctus,et separatus ab aliis hominibus popularibus,quando pro crimine carcerãtur c.3.nu.23
Caristia crescit ex inordinata administratione.c.5.nu.5
Carmẽ famosũ faciẽs qua pœna puniatur.c.14.n 33.et.34
Castitatis laudes.c.8.nu.23
Cautionẽ fideiussoriam iudex intra triginta dies tenetur dare.c.14.nu.18.et ad quid teneatur fideiussor.
Cautio fideiussoria datur mandato iudicis,quando quis timet ab aliquo offendi.c.3.nu.40.46.et 47
Cautio fideiussoria datur vxori a marito de illã nõ offendere.c.3.nu.42
Causa limitata limitatum producit effectum.c.14.nu.48
Clausula quando est adiecta propter vnum effectum, non debet alium effectum operari.c.14.nu.49
Clauigeri Conciliorum ciuitatum,Cardinalium, et vniuersitatum,vnde habuerunt originem,vt secum fasces vulgo Maças portent.c.16.nu.9
Ceguladera quid significet.c.14.nu.39
Cleric⁹ pro debito ciuili nõ carceratur.c.3.a.n.25.nisi bo

na abſconderit quia tunc carceratur. ibi. n. 30. in fine.
Clericus, et Perſonę preuilegiatæ an ſint exemptę a cótributionibus publicis, c. 6. nu. 41
Clericus iudex eſſe non poteſt. c. 12. nu. 38
Clericus non poteſt in iudicem laicum cóſentire. c. 12. nu 81. et. nu. 82. cum ſuis fallentiis
Ciuitas ſtatuta (quę iura municipalia dicuntur) códere poteſt. c. 14. nu. 19
Ciuis cuiuſcunq; ciuitatis effiſcitur quis decemnio, c. 12. nu 98. quamuis priuilegio effiſciatur ibi
Chriſtus dicitur ipſa veritas. c. 8. nu. 5
Chriſtiani, et antiqui qui dicantur. c. 12. nu. 78
Criminoſus an audiatur appellans, ſi crimen eſt notorium. c. 12. nu. 20
Concilium generale errare non poteſt. c. 13. nu. 36
Concordiam, et pacem ciuium iudex intendere debet. c. 6 nu. 5
Condemnare inocentem in humanum eſt. c. 7. nu. 7. et. 8.
Confeſsio facta coram Arbitratore an valet. c. 11. nu. 25.
Confeſſus, et conuictus quis dicatur, et an audiatur appellans. c. 12. nu. 21
Collecta per vicinos ciuitatis fieri nó poteſt vltra tria milia mora petinorum, ſine licentia Principis. c. 6. nu. 40. et in quibus bonis, ibi.
Columba habet ſeptem proprietates. c. 3. nu. 2
Compromittere an poſsit quis in cauſis criminalibus, vel matrimonialibus. c. 11. nu. 3. et. 4
